

A sunt: *Qui fuges exeatasset. Et alibi: Qui malum carmen incantasset.* Idem auctor est in agro Marucino Vetus Marcellus equus Romanus, Neronis Caesaris procuratoris, universum oculatum viam publicam esse transversum: atque ipsa pedita ex loco in contrarias sedes profecta. Et idem ipse Apuleius in apologia: *Magis igitur quantum ego auctor, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duo de canticulis propter incredulitas frugum illecebras interdicta.* d. Postremo ipse Apuleius.) Romanis legibus multi sunt de magia postulati, velut Apollonius Tyaneus apud Dodoniam Caelarem, & Apuleius apud Claudium Maximum Aphroditae prefectum non Christianum. e Copiosissima & diversa.) Extant apologeticae duæ Apuleij de magia, in quib[us] exigit nimiam illam sermonis ascensionem, & antiquaria & audacter innovata verba: accommodantq[ue] se foreni dicent generi: sed ita tamen, ut nescio quo pacto Apuleium inter nosas temporaria personæ contemperem. f At omnia miracula magorum.) Unde nanque inquit Eusebius, homines scire possunt, quibus demones coguntur, nisi ab ipsis demonibus. Quod Porphyrius fateatur in oraculis, afferens Hecates respondit, quibus ipsa docet hominem, qua ratione aduocari & teneri poslit.

An credendum sit, quod dij boni libentins demonibus quam hominibus miscantur. Cap. XX.

A T enim urgens causa & arctissima cogit de mones medios inter deos & homines age re, ut ab hominibus auferant desiderata, & traherent impetrata. Quæ nam tandem causa est ista, & quanta necessitas: quia nullus, inquit, deus miscetur homini: Praeterea igitur sanctitas a dei, quæ non miscetur homini poenitenti, supplicati, & miscetur dæmoni arroganti. Non miscetur ho ciōfugienti ad diuinitatem, & miscetur dæmoni hingen ti diuinitatem. Non miscetur homini petenti indulgentiam, & miscetur dæmoni suadenti nequitiam. Non miscetur homini per philosophicos libros poetas de bene instituta ciuitate pellenti, & miscetur dæmoni a principibus & pontificibus ciuitatis per sceni iudicis poetarum ludibria requirenti. Non misce at homini deorum crimina fingere prohibenti & miscetur dæmoni se falsis deorum criminibus oblectanti. Non miscetur homini magorum sclera iustis legibus punienti, & miscetur dæmoni magicas artes docenti & impienti. Non miscetur homini imitacionem dæmonum fugienti, & miscetur dæmoni dece ptionem hominis accupantem.

P Reculara igitur sanctitas. In exemplari Brugensi sic legitur: Reculara igitur sanctitas deo, qui non miscetur homini supplicanti, & miscetur dæmoni arroganti. Non miscetur homini poenitenti, & miscetur dæmoni decipienti. Non miscetur homini confugienti ad diuinitatem, &c. An demonibus nūcys & interpretibus dij utantur, falliq[ue] se ab eis aut ignorant, aut uelint. Caput. XXI.


Ed omnium tantæ huius absurditatis & indigitorum est magna necessitas, qd scilicet deos æthereos humana curantes, quid terrestres homines a gerent utiq[ue] lateret, nisi dæmones aerei nunciarent: quoniam aether longe a terra est, atq[ue] suspensus aeri in ætheri terræ contiguus. O mirabilem sapientiam. Quid aliud de dij illi sentiunt, quos omnes optinos volunt, nisi eos & humana curare, ne cultu uocantur indigni: & propter elementorum diuinitatiam humana notare, ut creditur dæmones neutrū, & ob hoc etiam ipsis putentur colendi, per

animo ab obstaculo corporis libero animum nostrum dij uidere possunt, non ad hoc dæmonibus indigent nuncijs. Si autem animos rationales qualia sicut uultus, locutio, motus per corpus suum etherei dij sentiunt, & inde colligunt, quid etiā dæmones nuncient, possunt & mendacij dæmonū decipi. Porro si deorum dignitas a dæmonibus fallit non potest, ab eadem dignitate quod agimus non potest ignorari. Velle autem mihi isti diceret, utrum dæmones nunciarent de criminibus deorum poetica Platonis displice figura, & sibi ea placere celauerint. An utrungq[ue] occultauerint, deosq[ue] esse maluerint totius rei huius ignarus. An utrungq[ue] indicauerint, & religiosam erga deos Platonis prudentiam & in deos iniuriosam libidinem suam. An sententiam quidem Platonis, qua noluit deos per impiam licentiam poetarum falsis criminibus infamari, ignorantibus esse uoluerint, suam uero nequitiam qua ludos scenicos amat, quibus illa deorum dedecora celent & brantur, prodere non erubuerint uel timuerint. Horum quatuor quæ interrogando proposui, quodlibet elegant, & in quolibet eorum quantum mali de dij bonis opinentur, attendant. Si enim primum elegerint, confessuri sunt non licuisse dij bonis habita re cum bono Platone, quando eorum iniurias prohibebat, & habitasse cum dæmonibus malis quando eorum iniurias exultabant, cum dij boni hominē bonum longe a se positum non nisi per malos dæmones noscent, quos sibi vicinos nosse non possent. Si autem secundum elegent, & utrungq[ue] occultatum a dæmonibus dixerint, ut dij omnino nescirent, & Platonis religiosissimam legem, & dæmonum sacrilegum delectationem, quid in rebus humanis per internuncios dæmones dij nosse utiliter possunt, quando illa nesciunt, quæ in honorem deorum honorū per religionem honorum hominum contra libidinem malorum dæmonum decernuntur? Si uero tertium elegent, & non solum sententiam Platonis deorum iniurias prohibentem, sed etiam dæmonum nequitiam deorum iniurias exultantem, per eosdem dæmones nuncios dij innotuisse responderint, hoc nūciare est, an insultare? Et dij utrungq[ue] sic audiunt, sic utrungq[ue] cognoscunt, ut non solum malignos dæmones deorum dignitati & Platonis religioni contraria cupientes atq[ue] facientes, a suo accessu non arcet, sed etiam per illos malos propinquos Platoni bono longinquo dona transmittant. Si enim eos elementorum quasi catenata series colligant a, ut illis a quibus criminantur, contingi possint: huic a quo defenduntur, non possint, utrungq[ue] sentiantur, sed aeris & terræ ponderata transmutare non ualent. Iam quod reliquum est, si quartum elegent, peius est cæteris. Quis enim ferat, si poetarum de dij immortibus criminosa figura, & theatrorum indigna, ludibria, suamq[ue] in his omnibus ardenter simili cupiditatem, & suis uissimam voluptatem dij dæmones nunciauerint: & quod Plato philosophica grauitate de optima Republica hæc omnia censuit remouenda, tacuerint: ut iam dij boni per tales nuncios uelle co[n]siderare male nesciormini, accidere sed

50M
3006

1000759323

FRXVII/35



DE MVNERE
PROVISORIS
PRACTICVM
COMPENDIVM.

*Authore D. SIMONE DE OLIVEIRA
à Costa, Supremi Supplicationis Senatus gra-
uaminum Expeditore.*

A LUDOVICO DE OLIVEIRA A COSTA
ejus filio, vtique Portuensis Senatus grauaminum
Expeditore in lucem editum.

*Deipara MARIÆ VIRGINI peccatorum
Advocata, orphanorumque protectrici dicatum.*



379

VLYSSIPONE.

Typis, & sumptibus IOANNIS A COSTA Senioris.

M. DC. LXX.
Cum facultate Superiorum.

J. J. M. D.
PROLOGUE
SAGITTARIAN
COMPENDIUM
LITERARUM
ATQUE SCIENTIARUM
OMNIA
MAGISTERIUM

ADDITION

IN PEGASUS

C. V. 1718



DEDICATORIA.

NO N proceres Regni, non potestates Mundi (ut mos est) tutelares imploro. Sub tuū præsidium Sancta Dei Genitrix, quod omnes protegit, humili configio; manibus tuis, per quas omnia Cœlestia munera dispensantur, munusculum hoc de Munere Prouisoris sumptum indignus offero, & tibi, cui semper meas actiones direxi, hanc ut eam omnibus gratam, utilemque facias, dirigo; animi magnitudine, & præstantiam, non operis recipe, meque tibi quo ad vixero placentem redde. Aue gratia plena.

Humiliissimus seruus.



PROLOGVS.

D V M, amice Lector, Prouinciae Præses
in Algarbijs essem, Prouisoremque in
defectum ipsius gererem, patrem meū,
vt me de munere institueret rogaui , qui pro
tunc aliquas in quadam Epistola magis genera-
les deducendo normas, meum adimplere desi-
derium, & omne tollere scrupulum promisit; &
in effectum hunc paruulum tractatum, quem
ego tibi magna ex voluntate legendum, & corri-
gendum præbeo, composuit. At filio cui omnia
parentum arrident, non typis elaboratum, neq;
rimatum accipe, & erroribus parce , non enim
tibi sed mihi, si quid commisit , peccauit ; & si
opus displicuerit, placeat animus quo ego parē-
te inscio, & inuito,in lucem edo, vt sicut mihi
prodest, omnibus prodesse possit. Vale , amice
Lector, qui candidus eris, si candidatum inson-
tem non objurgaueris.

Ludouicus de Oliveira à Costa.



PRÆFATIO.

CVM de omni publico munere jura, & DD. satis dicant, parumque de munere Prouisoris, & lex Regia lib. I. tit. 50. & 62. non tam exacte ut res exposcebat prouideat ad dissoluenda aliqua dubia, qua mihi dum Lamecensis Prouisor essem occurrerunt, principue super salario Residui, & audientijs multarum, in hisque fluctus scrupulosa conscientia compescendos, & in concordiam reducendas varias consuetudines, rem breuiter pro mea curiositate, & filij, nostræ scientia Professoris desiderio pertractare duxi.





LICENÇAS.

Tractatum de munere Prouisoris perlegi, nihilque in eo á Catholica Fide deuum, seu rebus moribus inueni, & ita potest facultas tribui, ut prælo mandetur. Vlyssipone in Conuentu S. Domini die sexta Decembris 1666.

Fr. Bartholomæus Ferreira.

Vidi hunc tractatum de munere Prouisoris, authore D. Ludouico de Oliucira da Costa, & nihil in eo inueni, Fidei, vel bonis moribus dissontum Vlyssipone in Collegio societatis Iesu 27. Decemb. 1666.

Doctor Ioannes Gomez.

Vistas as informaçoens, podeſe imprimir o libro de que se faz mençāo, & depois de impresso tornarà ao Conselho para se conferir com o original, & se dat licença para correr, & sem ella naõ correrà Lisboa 7. de Janeiro de 1667.

*Pacheco. Souza. Rocha. Magalhaens de Menezes.
D. Verissimo de Lancastro.*

Que se possa imprimir, vistas as licenças do S.
Officio, & Ordinario, & impresso tornará a
esta meza para se taxar, & conferir com o original,
& sem isso não correrá. Lisboa 17. de Junho de 1667.

Monteiro. Miranda. Carneiro.

VIsto estar conforme com o original, pode cor-
rer este liuro. Lisboa 16. Mayo 1670.

*Fr. Pedro de Magalhaens. Magalhaens de Menezes.
D. Verissimo de Lancastro. Sylua. Barreto.*

TAIXAO este liuro em tres testoens em papel.
Lisboa 14. de Mayo de 1670..

*Marquez Prezidente. Monteiro. Lemos. Miranda.
Carneiro.*

John M. Clegg

V

H

K



TRACTATVS DE MVNERE PROVISORIS.

CAPV T PRIM V M.

S V M M A R I V M.

- 1 De munere Prouisoris, & quomodo Praetor fidei-commissarius dicebatur.
- 2 Munus Prouisoris in hac vrbe diuisum inter residua, & Capellas.
- 3 An Prouisor possit formare capellam in testamento, Ecclesiastico mense pertinente.
- 4 Cognitio Prouisoris capellarum post impletam per aliū Prouisorem voluntatiem subintrat.
- 5 Monumenti confectio dicto Prouisori pertinet, & de maioribus illud facere non valet.
- 6 Refectio, capella jam formata, si destruitur, Prouisori capellarum pertinet.
- 7 Monachi capellarum administratores rationes onerum piorum tenentur reddere Prouisori capellarum.

A

Anne;

Tractatus

- 2
8 Annexatio tertiae partis tertie maioratui, successoribus
apposita, cui pertineat.
- 9 Inuentarij confessio regulariter Iudici partitionum per-
tinet.
- 11 Et solum casu quo anima heres instituitur, pertinet Pro-
visorii residuorum, vel Provinciali.
- 10 Et an forum, & domicilium defuncti, an heredis at-
tendatur in dicta confessione.
- 12 Præparatoria, & præambula sunt de connexis ipsius
præparati.
- 13 Catalogus defunctorum debet Provisor penes se habere,
& Parochi tenentur illud ipsæ dare.
- 14 De salario Procuratoris, seu sollicitatoris residuorum
& de quodam eo super diplomate. & 16. & 17.
- 15 Princeps secularis de potestate ordinaria, an possit ul-
timas euertere, aut alterare voluntates.
- Ibid. An inalienabilia alienare, & jus quæfirum tollere.
- Ibid. Nihil contra jus velle presumitur in odium tertij.
& 22.
- Ibid. Imo quod contra illud concedit per importunationem:
concessum presumi, subreptitioque.
- Ibid Ei quando ob publicum bonum jus tertij offendit, re-
neri valorem damni resarcire.
- 16 Ius publicum magis versatur in obseruandis, & non
destruendis ultimis voluntatibus, qui in eis citius
adimplendis.
- 18 De Bulla Clementis VIII. super non impletis pijs o-
peribus Hospitali applicandis.

Quod

- 19 Qued non intelligitur in relictis non solum certis personis, sed certo loco, qua super Senatus sententia latæ crebrius sunt.
- 20 Culpa suos tantum authores sequitur, & vnius non debet alteri nocere.
- 21 Voluntas restatori: quoad fieri possit est seruanda.
Ibid. Sed aliquando per summum Pontificem in aliam justæ causam mutari valet, & quomodo.
- 22 Bulla hac arctari debet.
Ibid. Gratia quia & rescripta restricte, & absque certij prejudicio sunt intelligenda.
- 23 Ratio eadem ubi datur eadem juris dispositio militare debet.
- 24 Respondetur objectioni pro Bulla opposita.
- 25 Certum est quod ad certitudinem reduci potest, & non est incertitudo in vniuerso, & quod per relationem ad aliud certificari potest..
- 26 Incerta persona legari non valet.
- 27 Incerta vero de certis sic.
Ibid. Per incertitudinem relictum fauore paupertatis non vitiatur.
- 28 Legatum pluribus relictū, omnes in eo partem habent.
- 29 Et quomodo suum effectum habere debet, & quod per electionem persona incerta de certis, certa relictum censeatur.
- 30 Quid in sindicatu faciendum sit.
- 31 Pecunia fructus gignit, qui & sura dicuntur.
Ibid. Et quomodo Provisor capellarum, & administratio-

- 30 ex redditibus illius partem petere possunt.
- 32 Iurisdictio Provisoris residuorum, & capellarum intergra apud Proviseores Provinciales.
- 33 Iurisdictio eius versatur non solum circa res in suo regimine deductas, sed circa incidentes exceptis majoribus.
- 34 Et circa bona ex Regis priuilegio capitulis applicata.
- 35 Est priuaria, & limitata ad certas res, & personas.
- Ibid. Suspensa extat, dum transit tempus à lege, vel testatore præfinitum.
- Ibid. Forum hujus judicij nullus priuilegiatus, neque etiā Clericus enadic. & 34
- 36 Legata pia, & alimentorum intra annum peti possunt, intellige ut n. 3. quando mora damnum est alatura, vi n. 38. & 39
- 37 Negligentia data executoris, & quasi finito termino ad implendum constituto, poterit cognoscere.
- 38 De omni legato adita hereditate per actionem ex testamento potest cognoscere.
- 39 De causa legati mere spirituali, non cognoscit Index laicus.
- 40 Debita defuncti sunt in confessio, & ab ipso solui jubeantur, potest Ecclesiasticus in suo mense heredes ad soluendum cogere.
- 41 Praeventio sublata per Concordatam.
- 42 Rerum suarum unusquisque moderator, &c
- Ibid. Heres per aditionem dominus efficitur, & hereditas patrimonium heredis.
- Ibid. Iurisdictio executoris testamenti Episcopis, seu eorum

rum visitatoribus mixtim cum Prouisoribus data.

Constitutio synodalis.

Ibid. Sententiae, & resolutiones ad componendas discordias inter Ecclesiasticos, & saeculares ius faciunt non solum quod ad eos cum quibus res acta fuit sed quoad alios.

44 Ab intestatorum cognitio ad rationes sumendas visitoribus, & Prouisoribus denegatur.

Ibid. Iuris dictiones in hoc Regno distinctae.

45 Abusus sumendi rationes ab intestatorum unde ortus.

46 Executio honorum qua separantur ad animam, cui competit.

Ibid. Expensa funeris a communi aceruo deducenda.

47 Concesso uno omne ad id consequendum concessum videtur.

48 Aequitas, & ratio naturalis, ut lex scripta allegari potest, & magis seruanda est, quam rigor.

Ibid Quod lex statuenda erat, ut bonorum intestatis certa pars ad bonum animae separaretur.

49 Salarium intestati pro residuo, vel rationibus non debetur.

Ibid. Aduocato qui in causa male se gessit, salarium non debetur.

Ibid. Iudex etiam qui malitiose aut injuste se habet, in expensis condemnatur.

50 Controversia inter Prouisores, & Praefectos captiuorum.

51 Praefectis captiuorum non competit cognitio ultimarum voluntatum ad eas exequendas, nec rationes testamentorum expungendas.

- 1bid. Ordinatio nostra, nostrum jus commune.
- 52 Prouisoribus specialiter, & priuatiue commissa cognitio ultimarum voluntarum.
- Ibid. Iurisdictio alicui priuatiue data alteris denegata censetur.
- Ibid. Lex posterior anteriorem derogat, etiamsi de ea mentio non fiat, & per alienam contrariam tollitur.
- 53 Corroboratur opinio, quae denegat cognitionem Praefectis Captiuorum, & de ijs quae ipsis pertinent, vel non, nec Hospitali Regio.
- 54 An Procurator, vel Promotor residuorum, & alij similes debeant in expensis justis condemnari.
- Ibid. Procurator Cæsar is non condemnatur in expensis, quod de jure procedit, & non de consuetudine, ut voluit Barb. de Iudie.
- Ibid. Princeps iure commuui virur in contractibus, nisi priuilegiatus inueniatur.
- Ibid. Priuilegij natura est, ut aliquid contra jus operetur.
- 55 Promotores justitiae in expensis non condemnantur, & assignatur ratio.
- 56 Testamentum validum requiritur ad hoc ut Prouisorum cognitio procedat.
- 57 Differentia inter testamentum ad pias, & alia testamenta.
- Ibid. Testamentum inter liberos, absque solemnitate valet.
- 58 Testamentum ad pias causas duobus testibus valet.
- Ibid. Et absque eis, si manus testatoris scriptum sit, & signatum.
- Pro-

59 Pronisor non potest cognoscere de testamento controverso,
et in pugnatio ad illud exequendum.

Ibid. De testamento à partibus approbato cognoscere va-
let: voluntas imperfecta voluntas non est. 61. Et 60

61 Sed ad declarationem voluntatis, quae ex actu inualido
deprehenditur, voluntas est.

60 Imperfecta dicuntur illa per quam voluntas fuit expli-
cita, sed absque requisitis solemnitatibus.

61 Solemnitates inuentæ ad evitandas falsitates in testa-
mentis.

62 Testamenta duo quando apparent, primū magis sole-
ne, et secundum minus, quod adimplendum sit.

Ibid. Testamentum primum magis solempne, præualet se-
cundo minus solemnii.

63 Contraria opinio pro secundo verior declaratur in pījs.

Ibid. Voluntas posterior priorem derogat.

64 Legata quando tertia defuncti excedunt, quid faciendū.

Ibid. Pro rata soluenda fore legata, tam pia, quam pro-
fana resolutur, quadam tamen distinctione testa-
toris si fuerit ascendens, vel non.

65 Limitatur supra dicta resolutio in legatis relictis pro ex-
oneranda conscientia, et in legato filiæ pro dote reli-
cto, non vero extraneæ.

66 Pretura, in jure magna reputatur dignitas, et Proni-
sores, Pretores, Fidei-comissarij.

Ibid. Pronisor pre eminentiam habere deberet, quam haberet
Provincia Praeses.

67 Et quem locum habere debeat in Camera, et in proce-
sionibus Regijs, aut alijs.

68 Et an præcedat Conseruatori Vniueritatis Conimbricensis.

Ibid. Dignitas potius ex representatione concedentis jurisdictionem, quam ex ipso jurisdictione prouenit.

Ibid. Dignitas maior maiorem jurisdictionem arguit.

Ibid. Confirmans de nouo dare videtur, & actus à confirmante denominatur.

69 Confirmans nihil denuo dat, sed datum confirmat.

Præcedentiæ discrimin componitur cum Gratiano forenſi.

&c.

DE MVNERE PROVISORIS, ejusque jurisdictione.

§. I.

i



I Magistratus apud Romanos Fidei-commissarij dicebantur, ex eo quia ipsorum fidei vltimarum voluntatum executio commitebatur; de litibusque super illarum implemento cognoscēbant, teste *In reconsulto in L. si cui 91. ff. de condit. & demonstr. L. si libertus 41. de bon. libert. Mend. in Prax. lib. 1. cap. 2. num. 12.* &c sic de omnibus, quæ circa diætas vltimas voluntates per quoddâ simile pertinent ad Legem Julian. de residuis, ut in *L. 1. & L. 4. §. Lege ff. ad L. Julianam peculat.*

Hoc

D E D I V I S I O N E M U N E R I S
vtriusque Provisoris residuorum, & ca-
pellarum.

§. 2.

Hoc munus Provisoris ob populi, & causa-
rum multitudinem in hac vrbe in duos ma-
gistratus diuisum fuit; ipsorum vni residuorum,
& pupillorum cognitio datur, alteri capellarum,
& vnuquisque distinete, & separatim suam exer-
cit jurisdictionem, quamuis de vtroque officio in
simul sub eadem rubrica agat. *Ord. lib. 1. tit. 50.*
quæ simultanea dispositio olim ansam dedit illi jur-
gio de quo *Themud. 3. p. dec. vlt. an scilicet Provisor*
capellarum possit formare capellam relictam in te-
stamento, Ecclesiastico mensi pertinente, in quo
decisum fuit, quod dum pendebat in judicio Pro-
visoris residuorum cognitio testamenti, & de
eius implemento agebatur, nulla super formanda
capella cognitio Provisoris capellarum pertinebat;
quin conitram euinc erant præstantissimæ alle-
gationes Doctoris Michaelis Pinheiro de Brito,
tunc meritissimi Capellarum Provisoris, nunc gra-
uaminum antiquioris expeditoris, magnis literis, &
quam plurimis virtutibus ornatissimi, quem si sen-
tentia Senatus cognitione præiensa priuauit, laude
accennime defendendæ jurisdictionis, quæ pupilla
B est

est oculorum Iudicis, priuare non potuit; nec mirum fuit quod cognitionis termini turbarentur, quando turbato ordine Legislator in rubrica dicti tituli 50. Prouisori capellarum ab eo incipiendo præcedentiam dedit, in primaque litera textus Prouisori residuorum, cui de jure debebatur, nam sicut iste primus est in cognitione voluntatis, & ejus implemento, & post impletam subintrag cognitio alterius Prouisoris, quæ tantum versatur circa annuas obligationes adimplendas, ut tradit Themud. sup. n. 29. Mendez d. lib. 1. cap. 2. n. 12. ad fin. Ita primus debebat esse in inscriptione tituli, & in eius contextura, & aliis secundus in utroque.

Sed quamvis in formanda capella Prouisoris residuorum præualeat jurisdictio, si post eam formatam, ipsa ruina, incendio, vel alio cursu destruatur, tunc Prouisori capellarum competit reædificatio, vel reparatio. Si quidem Prouisor residuorum functus est officio suo, & expirauit eius jurisdictio, dictaque reædificatio, cum semel impleta fuit testatoris voluntas, nunquam dicto Prouisor competere potest, imo per alterum fieri debet tam ex omnibus capellæ prouentibus, pijs operibus applicatis, quam ex salario, aut emolumento administratoris proportionabiliter, animæ namque, & memoriarum defuncti, & administratoris honori, lucroque conuenit ipsa reædificatio.

Ex eademque ratione jus conficiendi capellarum monu-

monumenta vulgo tombos, ipsarum Prouisoris, & non residiuorum competit; hoc enim post illas formatas sicut aliorum onerum satisfactio ipsi pertinere videtur, nam in ipsis conficiendis non versatur implementum aliquod voluntatis neque testamenti, sed quoddam extrinsecum, & subsequens opus, quod de forma capellæ non est, sed ad melius esse, & capellæ securiorem conseruationem, ob quam semper in judicio capellarum extare debet monumenti originale, & non transcriptum, cuius extractum nullam fidem habere potest, si ad aliquā causam necessarium sit; quod non erat modicum inconueniens; si in judicio residiuorum remaneret dictum originale, ut mansurum erat quando in ipso fieret monumentum.

Et quia tam judices, quam officiales semper suā desiderant jurisdictionem ampliare, & multo magis quando ampliatio lucrum aliquod secum assert, actuarijque capellarum illarum monumentis non contenti volunt maioratum etiam bona metiri, & metare; aduentendum est quod de dictis bonis nullo modo per Prouisorem capellarū potest monumentum fieri, vt səpius in Senatu, & aliquoties in judice fuit judicatum, non solum formæ Ordinationis adhærendo in lib. i. tit. 50. §. 2. iuncta alia d. lib. iii. 62. §. 52. & 53. quæ tantum de capellis illud fieri jubet, & in majoratum bonis Prouisibus se intromittere vetat, nisi tantummodo circa

piorum onerum implementum , sed ex eo quia
 cum capellarum administratores quid , tantum ,
 certum pro administracionis labore habeant , omne
 que aliud amplius dictis pijs oneribus cedat , po-
 terant bonis stabilibus suæ quottæ sufficienter re-
 seruatis , reliqua alienando , aut distrahi permiten-
 do , pia onera fraudare ; quod in maioratibus è con-
 uerso procedit , vt distinguit , & declarat *Legislator*
ind. 2. 53. Ideo lex illis , & non istis monumento
 prouidere voluit , vltra alias rationes quas breuita-
 tis ergo consulto omitto .

7 A contrario verò desiderantes Monachi jurisdi-
 ctionem capellarum limitare , & ab ea se eximere ,
 si alicujus capellæ administratores ab institutoribus
 nominantur , nolunt coram ipsarum Prouisore ad
 reddendas onerum piorum rationes comparare ex-
 emptionis priuilegium , allegando , vt deinceps in
 dubium non veniat hæc controuersia , pro certo
 dicendum est , ipsos dictas rationes reddere teneri
 coram dicto Prouisore , sicut eas tam ipsi quam
 Clerici , quando executores sunt alicujus testamen-
 ti , coram Prouisore residuorum reddere tenentur ,
 vt tradit *Mendez.* in *prax.* p. 1. lib. 1. cap. 2. q. 3. n.
 12. & docet *Escouar de ratiocin.* cap. 3. n. 19. de Epis-
 copo administratore loquente tex. in *L.* nulli C. de
Episcop. & *Clericis,* & legem. 5. tit. 10. partit. 6. ci-
 tando in comprobationem , & licet dicat quod
Greg. Lopes intelligit hæc jura vt *Episcopus* ratio-

nes reddere debeat coram Metropolitano , & non coram judice ordinario sicut ipsa jura dictant ; hic Gregorij intellectus sustineri poterit apud Castellanos, & non apud nos, vbi per Concordatam præuentio sublata est , & quilibet judex tam Ecclesiasticus , quam secularis ordinarius remanet in suo mense , & forsitan in eo sensu quando per præventionem Ecclesiastico judici pertineat, intelligat dictus Gregorius , de metropolitano ; quamuis lecto *Auth. de Ecel. fast. tit. cap. 8. &c 5.* Si autem qui hoc facere jussi sunt collect. 9. parum , aut nihil aliud ad eius intellectus intentum conducit, ut legenti patet, quod si attente legeret Escobar supra, credo ego, quod talem non approbaret intellectum, præsertim quando in dicto *cap. 3. num. 31.* neminem a redditione rationum, nec etiam summum Pontificem excusat , & dicit quod eas reddere tenentur omnes illi, cuja interest, quod in nostro Prouisore capellarum verificatur , cui solum interest tam ob animarum bonum sibi commissum, quam ob publicum , & muneris sui obligationem, propriumque lucrum onerum piorum satisfactio, & complementum ; & ita secundum hanc nostram resolucionem judicatum fuit in senatu , & extant sententiae penes capellarum actuarios.

Alia nunc nobis se offert dubitatio circa illam frequentissimam clausulam in institutionibus appositam, raro vero executatam, annexandi maiora-

tui tertiam tertiae partem , qui in administratione
successerint, cui nempe competit hujus oneris im-
plementum, an Prouisori residuorum, an capella-
rum , an judici ordinario; & Prouisori residuoru, ,
in vno tantum casu competere videtur , quando
scilicet administrator qui in majoratu successit mor-
iens in suo testamento declarauit quod tertia eius
tertiæ majoratui annexaretur , nam tunc Prouisor
agens de implemento dicti testamenti, tenetur co-
gere testamentarium , vel hæredem, ut illam partem
majoratui annexet. Sin vero ita dispositum non
fuit in testamento alicujus administratoris de cu-
jus implemento agatur , & Prouisor capellarum
postquam ipsi pertinet cognitio piorum onerum
majoratus secundum nostram legem supra tit. 62.
q. 52. Si dum rationes dictorum onerum expungit,
inuenierit quod præteriti administratores, non vin-
culauerunt tertiarum tertias, vel quamlibet aliam
partem annexati iuslам, præsentem administrato-
rem cogere debet ut intra certum tempus contra
hæredes dictorum administratorum lites moueat &
& finaliter in judicio competenti , si quidem quo
ad ipsos non habet jurisdictionem , ut judicatum
fuit in causa Hyeronimi de Almada cum Geruasio
do Sal, Scriba capellarum Antonio Borges , per
sententiam senatus. Extra vero hos casus quilibet
administrator poterit pro dieta obligatione quo-
cumque administratorum hæredes, qui oneri im-
posito

posito non satisfecerunt coram ordinarios, seu alios
competentes judices conuenire.

AN PROVISORES INVEN- *tariū facere possint.*

§. 3.

INVENTARIJ CONFECTIO regulariter illi judici pertinet cui partitiones bonorum pertinent, ut judici orphanorum illæ in quibus maiores interueniunt, judicibus ordinarijs, illæ in quibus minores, si judicialiter, & non amicabiliter inter se, volunt divisionem facere; & ubi aliquis hæres priuilegiatus inuenitur, ipsius priuilegij judici, si inuentarium, & partitiones, ut in eius judicio fiant, auocare voluerit, sicut colligitur ex Ord. lib. 1. tit. 34 v. 45. in fin. quin in ullo horum casuum attendatur domicilium, aut forum defuncti, sed hæredem, quia licet domicilijs, & fori jus transeat in hæredem, ex tex. in L. hæres absens de judic. ubi Barboza an. 1. hoc intelligitur quando contenditur super actione, defuncto, vel contra defunctum competente, & non quando agitur de hæreditate adita, ad quā diuidendam unusquisque hæres contra aliū actionem habet; quod tantum limitatur in hæreditate jacente, in qua forum, & domicilium defuncti jurisdictionem judicis per representationem tam viuam conseruat, ut etiam ad extatē ejus extendatur

SVPER SALARIO PROCVRA-
toris, seu Solicitatoris Residui.

§. 4.

14 **N**unc verò cum in excessibus officialium si-
mus, non erit abs re agere de illo notabili
præjudicio quod voluntatibus, & animabus de-
functorum infertur per vnum Regium dipploma,
quod residuorum Procuratōr, injustis, & falsis
precibus; per informationemque factam forsan
ab eodem Prousore qui officialibus communiter
placere vult, à Rege consequutum fuit ad hoc, ut pro
salario habere potuisset octauam partem pecuniae
quam mittere fecisset in deposito, prouera ex bonis
defunctorum relictis ad emendas res stabiles libe-
ras in constitutionem majoratum, vel capellarū;
quod sane dipploma inhumanum videtur, & con-
tra omne juris, & rationis dictamen, & executio-
ne, effectuque indignum in tam Christiana Repu-
blica; si consideretur quod Princeps sæculatis de-
potestate ordinaria non potest ultimas subdito-
rum voluntates euertere, nec alterare, ut vulgari-
ter habetur, & tenet Reinoſo obs. 7. num. 29. neque
bona inalienabilia sine justa causa, aut ad aliquod
bonum publicum alienare, nec jus quæ situm tolle-
re, Larrea alleg. 115. per totam, nec quidquam con-
tra jus velle præsumitur, si que aliquid contra ipsū
con-

concedat, per importunationem concessisse videatur cap fin. de rescript. in 6. Gail. obseruat. 14. num. 7: rescriptumque contra jus tertij concessum subreptitium præsumi L. 2. & merito, & ne quis à Principe ff. Si quid in loco pub. Afflct. in cap. 1. & simpliciter n. 6. quandoque denique ob bonum publicum jus alterius offendit, justum damni valorem soluere debet ut per d. Afflct. decis. 361. Gail obseruat. 56. Ricc. collect. 2428. limit. 1. p. 6.

Quo sic considerato cum magis jus publicum versetur in obseruandis, & non destruendis defunctorum voluntatibus, quam in eis citius adimplendis, nam quod differtur non auffertur, & in grave præjudicium sit animarum ipsarum, & sallarij administratorum, octauam partem pro salario Procuratori adjudicari, & deduci ex majoratu vel Capelæ applicatis bonis, cum quantum onus pium, quā salarium administratorū ex nunc usque in futurū securiora siebant ex dicta octaua parte, quæ valde considerabilis est, deficiente deficiant illius redditus ad ea perfecte soluenda, & implenda, frustrata maneat voluntas institutoris, & Procurator habeat ex substantia illius quod ipse ei non reliquit, nec Princeps, si verē informatus fuisset, dare jussus non esset: necessario dicendum est, dictum diploma nullomodo obseruari debere sicut concessum contra bonum animarum, testatorum voluntates, jus publicum, & tertij jus.

17. Et si replicetur quod ad constituendam capellam praecisa necessaria erat Procuratoris diligentia, & quod sine ea sero, aut nunquam constituuntur, & magis interesse defuncto dictam constitutionem, quam damnum quod in octava parte recipiebat. Respondebitur quod Prouisor ex officio tenetur defunctorum voluntates adimplere, & ad id omnem præstare diligentiam pro illo tantum salario signato per Ord. d. tit. 62. q. 23 & contra negligentes officiales procedere, eosque cogere ad satisfactionem muneris vniuersi jusque, & quod Procuratori satis prouisum fuit per aliam Ord. lib. i. tit. 64. q. 1. ubi ipsi fallarium officio, & labori valde correspondens designatur, cum quo contenti sunt Prouinciales Procuratores; cum eorum labor, & sumptus, qui per totam Prouinciam Prouisores comitantur, longe maiores sint, quam hujus Procuratoris, qui Ciuitate nunquam egreditur, & alia negotia gerere potest; & ut supra dictum est, cum implementum testamenti Prouisorum incumbat, & consequenter emptio bonorum stabilium ad constituendam capellam, & de eo rationem debet reddere in sindicatu, ultra illud lucrum quod in implemento haberet, quod sequenti Prouisorum relinquere nolet, testamentarium, aut heredem, & ipsum Procuratorem, ut diligenter satisfaciant, & agant ex officio cogent, & contra eos procedere poterit si negligentes fuerint; siveque mora quævis

quæuis, quæ in hoc considerari queat, nunquam tantum damnum defuncto, & administratori afferre valebit, quantum dicta octaua pars iuste capellæ ablata: quando si aliquid emolumenti dicto Procuratori deberetur, id habere debebat non per bona insontis defuncti, sed hæreditis testamentarij, aut administratoris qui in negligentia inuenti fuissent circa voluntatis implementum, ut Ordinationes, & jura dicunt, secundum quæ ego semper contra hoc deliberaui dipploma, & collegis meis placuit, sententiæque ita in senatu latæ fuerunt; & aduerte quod licet hæc octauæ partis pœna in bona executoris, vel administratoris dirigatur, quod ipsi eam nunquam ex suo soluunt, nec in tanta quantitate plectendi erant, & satis esset, ut sicut Provisor tantum vnum pro centum, & deinceps mediū haberet Procurator, ad Ord.lib. I. tit. 6 z. §. 23, ne ipse melioris conditionis esset quam dictus Provisor, & ita debebat per justissimum Principem dipplomare formari.

DE EXPEDITIONE BVLLÆ Clementis VIII. S. Pontificis circa applica- tionem onerum piorum Hospitali Regio.

§. 5.

AD instantiam fratrum domus sanctæ misericordiæ hujus Ciuitatis adepta fuit Balla an-

C iiij no

18

no Domini 1598. vt opera pia, quæ per executores
 testamenti, & legatarios intra tempus à lege præ-
 fixum impleta non fuissent Regio Hospitali appli-
 carentur ; circa quam Bullæ applicationem variæ
 continuo mouentur causæ, quæ per appellationem
 ad senatum veniunt, in eisque aliquando contra-
 riæ proferuntur sententiæ ; quamuis, quæ magis
 19 nunc obtinuerunt, sunt illæ quæ decidunt pia ope-
 ra certis non solum personis, quæ dicta exceptuat
 Bulla, sed certo loco relieta Hospitali applicari
 non deberi, neque etiam captiuis, vt colligitur ex
 Ord. in 1. tit. 62. a 2. usque ad 16. sic multoties in-
 tellecta ; hocque ex eo quia nec juri, nec rationi
 consentaneum visum fuit, quod ex negligentia
 hæredum legatariorum, executorum testamenti,
 vel administratorum, Monachi, & Clerici, eorū
 que Ecclesiæ, ac Monasteria, aliæque insontes per-
 sonæ injuriam, & damnum sentiant, & pariter ad
 satisfaciendum priuentur eleemosinis, & alis piis
 operibus, culposique, & negligentes pecunias re-
 tineant alienas, cum ipsis lucrando forsan, & pro-
 prias subleuando necessitates, & quod debent cer-
 tis personis, vel locis post longa tempora simplici-
 ter Hospitali tradant, quando culpa suos tantum
 20 authores se qui debet L. Sancimus C. de pæn. Barboza
 jur. Eccl. 2. p. num. 53. Valas. conf. 137. num. 5. & quan-
 do culpa vnius non debet alteri nocere L. si quis in
 21 suo d. fin. C. inoff. test. Surd. de alim. tit. 2. quast. 3. n. 28.

& denique quando voluntas testatoris quoad fieri possit est seruanda L. i. C. sacros. Eccles. L. hereditas ff. pet. hered. Cald. in L. si curatorem in principio n. 4. C. de integr. rest. quamuis aliquando per summū Pontificem in aliam justam causam mutari valeat, ut tradit Grat. For. cap. 458. n. 29. & 39. ubi hoc de plenitudine potestatis ex certa scientia, & cum clausula non obstante; quibus deficientibus jus quæsumum per ipsum partibus ablatum nunquam vide ri, quam opinionem cum multis juribus, & Doctoribus tenuit Lara de annivers. lib. i. cap. 14. num. 4. asserens minus grauamen, & damnum esse, summū Pontificem in totum voluntates defunctorum destruere circa anniversarij præstationem, quam alijs viis eas applicare, rationem hujus opinionis, & doctrinæ ibi assignando.

Sic dicta Clementis VIII. beatissimi Patris Bulla quantum fieri possit arcta videtur, tam ex supra dictis, quam ex eo quia gratiæ, & rescripta semper stricte, & absque præjudicio tertij intelligenda sunt secundum Tus. lit. G. conclusi 63. Gratian. cap. 9; 8. n. 14. & 980. n. 1. & cum illo non esse adimplenda tenet Azen. lib. i. n. 35. lib. 4. nouæ recop. præsumi namque debet, Principem noluisse vñquā tertij jus auferre Mafc. conclusi. 103. n. 22. Cab. 2. p. decisi. 93. n. 2. & semper saluo tertij jure intelligen da fore ut per Brun. a sole in verb. communib. verb. rescriptum n. 1. cumque in hac bulla graue inserat ut

præjudicium omnibus illis per quos pia opera distribuenda erant; ipsam semper modificandam fore videtur, & nimis attendendum ad legis nostræ dispositionem supra à dicto §. 13. usque ad 16. quæ justa, & sancta est.

Dixi supra in principio 2. i. quod certo loco relictæ in defectum adimplemēti non esse Hospitali applicanda, quia licet Bulla a dicta applicatione excipiat tantum certis relictæ personis, & non certis locis, cum in utroque eadem detur ratio, eadem juris dispositio militare debet secundum Glos. de uno in cap. translato de constit. Surd. decis. 52. num. 1. Thom. de Thomaset, regul. 299. idem tam in uno casu quam in altero dicendum videtur; sicut enim personas certas excipiunt Sum. Pontifex propter jus quæsitum quod habet ad dicata opera pia consequenda, eodem modo debent excipi loca quibus aliquid relinquitur, quia si illa sunt Monasteria, vel Ecclesiæ, & sic de cæteris, dictum jus quæsitum habent tam ipsa, quam personæ certæ quæ ea regunt, & fabricant, ipsisque illud auferunt, & damnum infertur, nam in defectum piorum operum Hospitali applicantur, aut peribunt, & destruuntur loca, aut illi qui eorum curam habent si ea sustinere voluerint non valebunt, & deinde in alia Bulla de qua Perer. dec. 57. de certis etiam locis mentio fit.

Et si replicetur quod Missæ non celebratae in di-

q̄tis locis, quæ Hospitali applicantur, in nihilo eis ad conseruationem prosunt; respondebitur quod loca ista duobus modis considerantur, aut dum sunt ædificia lapide, & cale, alijque materialibus formata, aut dum corpus quoddam compositum ex illis clericis, aut monachis, & tam illud quod ad fabricam ipsorum relinquitur, quam ad elemosinam monachorum, aut clericorum, non solum certo loco, sed certis personis relictum censentur, & ab eis auferri non debet; nam certum est, quod multa Monasteria, & Ecclesiæ magis ex annuer- sarijs missis, & similibus suffragijs aluntur quam ex bonis, & prouentibus communitatum. Sicque dictam Bullam effectum suum tantum habere debere in illis pijs operibus quæ testatoribus vase, & indeterminate, & absque vlla certi loci, aut personarum designatione relinquuntur, quod ex ea manifeſte colligitur, dum de administratoribus, qui ad similia opera communiter exequenda tenentur, nec verbum quidem loquatur, & tantum ad testamentarios, & legatarios dirigitur, cum quibus loquitur, & non cum dictis administratoribus.

Quin obſtet Pereira, nam vltra ſupra dicta, ſen- tentia Ecclesiastica in qua fundatur, nec juri, nec reſtantis diſpositioni, nec etiam Bullæ conformis est, certus namque locus erat capella illa tam ornata & tabulis pictis præſtandis, quam missis ibi dicebis, & certi Monachi illius monasterij qui ipſas dicere

debebant; de alijs namque sacerdotibus non potuit institutor cogitare quam de Monachis, quia si cogitaret, expressisset, cum juris censura missæ semper in dubio celebrandæ sint vbi corpus sepultum est, & à ratione alienum, & inhumanum quod illas celebrent exteri Sacerdotes vbi domestici sunt, quibus ut eleemosinæ applicantur, & insuper audem dicere, quod si S. Pontifici præsens esset quod dicta suffragia in Hospitali expenduntur in sumptuosis domibus ædificandis, non pauperibus, sed Ministris, & officialibus, & in maritandis illorum, aliquando famulibus, vel consanguineorum, aut amicorū, & in similibus; concessionē arctaret magis, & voluntates defunctorū non euerteret, nec illud dominiū majus suffragiū in aliud comutaret.

25. Sed quia super certitudine personarum, aut locorum potest aliqua dari dubitatio, sciendum est certum illud dici quod non solum ex se naturaliter certa sui ipsius inspectionem, & cognitionem præstat, sed omne quod ad certitudinem reduci potest, & non adest incertitudo in vniuerso, secundum Surdi. cons. 128. num. 19. Grat. cap. 765. a n. 8. & illud quod per relationem ad aliud certificari valet L. cer-
num ff. de reb. dub. Barb. axiom. jur. lit. C. concl. 65. Quo sic posito, si eleemosina, vel aliquod aliud opus pium puellis orphanis, vel similibus personis in genere, & simpliciter pro alimonia, vel dotere linquatur, sicut incertis, ipsis non posse erogari vi-

debatur, incertæ namque personæ legari non vale-
re notissimi juris est ad L. Paulus 5 ff. de reb. dub.
Covar. 2. cap. 11. n. 8. vers. sexta concl. Surdus cons. 264.
num. 1. Grat. cap. 280. n. 11.

Sed sic est in proposito quod legando orphanis,
vel pauperibus in comuni non datur certitudo per-
sonæ, ergo videbatur legatum, & opus pium susti-
nent non posse, & Hospitali Regio in forma Bullæ
fore applicandum. Hoc vero non obstante con-
trarium verius esse putο, quia cum incertæ personæ
de certis legare valeat. *Iustinianus in q. incertis* 27
vers. sub certa. Inst. de legat. gloss. fin. in L. si qua C.
Episcop. & Cleric. Cancer. 3. part. var. resol. cap. 20.
n. 93. ubi alios refert, deinde cum fauore pauper-
tatis relictum non vitictur per incertitudinem L. id
quod pauperibus C. de Episcop. & Cleric. Gom. sup. 2.
var. cap. 11. dicto n. 8. vers. octaua concluſ. & orphani
pauperes, & miserabiles personæ reputentur per
Ord. in 3. tit. 5. l. 3. & multo magis quando per
viam eleemosinæ, vel doris, aliquid eis relinquitur,
dictum legatum, seu pium opus incertæ personæ,
vel personis de ceteris relictum, ipsis deberi, & Hos-
pitali applicari non posse, dicendum est.

Verum adhuc replicati valere videtur, nempe inu-
tile remanere legatū pauperibus in genere relictū,
cum innumeri sint vnius Regni pauperes, & or-
phani, & quamuis legatum opulentissimum pro-
ponatur, omnesque in eo partem habeant ex text.

in L. vnum ex familia & rogo fundum ff. de legat. 2. impossibile est quod diuisionem aliquam recipere possit, vbi enim numerus incertorum datur non solum innumerabilis, sed valde magnus, cessare videtur nostra conclusio, incertis, scilicet, de certis posse legari, juxta illud Cancerij sup. dicto num. 93. in fin.

29 Sed huic objectioni facile satisfieri poterit ex sequentibus, nam si legatum, vel quid pium orphanis, aut similibus personis simpliciter relinquatur; Ciuitatis, aut oppidi vbi comorabatur defunctus personis relictum censeri debet, & in primo loco consanguineis pauperibus, aut orphanis, si aliqui existant, duplex namque in illis consideratur ratio sanguinis, nempe, & pietatis, in secundo, illis qui in sua degunt Parochia si magna est Ciuitas, aut oppidum, & multas habeat Parochias; in tertio, dictæ Parochiat nobilioribus ut pluris. indigenibus; & si fuerint fœminæ, pulchrioribus, ob manus honestatis periculum, incertarumque ex certis electio ista in forma supra posita, quæ fieri debet secundum boni, viri arbitrium, si per hæredem, vel testamentarium intra legis tempus facta non fuerit, tunc per Episcopum, aut ejus Vicarium, Vel per Provisorem juxta concordatam fiet, & ipsa facta, cum certæ per electionem maneat personæ, ut docet Grat. d. cap. 280. num. vii. applicationi Bullæ locus non erit.

Hæc

Hæc omnia , & quæ in suo titulo , & Prouisoris Provincialis continentur , debent Prouisores diligenter obseruare , sicut conuenit tam graui , & periculoſo conscientiæ muneri , & si ipſi defecerint , tenentur Senatores quibus residentiæ committuntur in syndicatu de omnibus inquirere , & videre an impletæ sint perfecte defunctorum voluntates , & onera pia , tam testamentorum , quam institu- tionum , thecam nūmariam residuorum inuisere , & rationes de pecunia in eam missa sumere , & etiā de redditibus illius , inutilem namque , & mortuam non debet Prouisor illam in dicta recha habere , sed licito fœnori sub idoneis , & abonatis fidei-jusso-ribus , & expromissoribus dare , qui prouentus non solum ad satisfactionem piorum onerum applicari debent , sed & salario administratoris capellæ , re- fiduumque majoratus ipsius administratori , cui à morte institutoris omnes prouentus oneribus satis- factis cedere incipiunt , & eodem modo redditus pecuniæ stabilibus emendis ad vinculu deputatae .

Vnde capellarum Prouisor , quamvis ei non competat cognitio , nisi post constitutam capel- lam , vt supra , quotiescumque tamen postquam ipsa bona destinata sunt , aut ex ipsis pecunia pro- uenta , quæ fructus gignat , qui usuræ dicuntur , ve deducitur ex Ord. in 4. tit. 67. q. 3. L. curabit C. act. empt. Cab. i. part. decif. 166. num. 4. potest dictus Prouisor , residuorum Prouisore deprecato ex re- 311

ditibus pecuniæ sub fœnore datæ illam auocare
quæ ad onerum satisfactionem tantum sufficiat;
& quilibet administrator illud tantum etiam quod
solutis oneribus ex redditibus remanserit, habere;
aliter namque si emptio stabilium spectetur, pre-
cipue in hac vrbe, & ejus territorio, vbi paucissima
sunt bona libera, sero, aut nunquam animæ de-
functorum suffragia sua habebunt, neque admini-
stratores ullum administrationum suarum com-
modum.

DE PROVISORE PROVINCIALI, & Calculatore.

S. 6.

Hoc ita per legem Regiam dispositum fuit,
quoad hanc Ciuitatem, & Curiam; & quo-
ad Provincias, illa jurisdictione, quæ de jure Præ-
ribus fidei comissarijs data erat integra, penes Pro-
visores remansit, ipsisque conuenit tam dispositu
in lib. i. tit. 50. in eo quod muneri suo adaptari po-
test, quam dispositum in tit. 62. quod etiam com-
mune est eodem modo vtrique Provisor; & am-
plius aliud munus Calculatoris Regij patrimonij,
eis injunctum fuit, quod olim per nobiles, & præ-
claros viros, litteris tamen non decoratos exerce-
batur; dictaque eorum jurisdictione versatur non tan-
tum circa res in dictis titulis contentas, sed circa
dubia

dubia etiam super illis incidentia, ut de incidentibus super legato, & fidei-commisso testatur *Mendez* sup. dicto cap. 16. num. 14. ad fin. part. 1. licet de illis quæ incidentur circa majoratus cognoscere nequeat, ut per dict. *Mendez* citat. loco. *Valaſc. conf.* 27. de ipsorum verò oneribus pijs recte cognoscere possunt ex d. Ord. tit. 62. q. 52. versatur etiam 34 dicta jurisdictione circa bona quæ ex Regis priuilegio & alicujus concessione ad captiuorum redemptionem sunt applicata, idem *Mendez* part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 98. *Bobadil.* in sua polit. lib. 2. cap. 16. num. 133. *Lara de anniuers.* part. 1. cap. 22. *Auend.* de exequend. mand. p. 1. cap. 7. n. 7. & alij a d. *Mend.* laudati.

IVRISDICTIO HÆC ORDINARIA

Et priuatiua post annum, Et mensem, est
prorogabilis.

§. 7.

Hæc jurisdictione est ordinaria, sed priuatiua, & limitata ad certas causas, & personas, actiueque prorogabilis, quando alieni subditi in Provisoris judicio consentiunt, secundum *Pereira* decisi 29. per tot. & melius num. 7. suspensa verò consideratur quoad uniuscujusque testamenti implementum dum non transit annus, & mensis a lego executoribus concessus in d. Ord. lib. 1. tit. 62. q. 2. & id. *Pereira* de man. Reg. cap. 16. n. 7. intra illud enim

enim tempus non possunt regulariter rationes à dictis executoribus petere, neque ad alias reddendas eos cogere, neque etiam intra tempus à testatoribus præfinitum ex d. Ord. & hujus judicij forum nullus priuilegiatus, neque etiam Clericus fugere potest ex d. Mendez qui judicatum refert d. lib. I. cap. 2. num. 12. ad fin. & conducunt quæ Faber in Cod. tit. ad exhib. diffin. 3. & de jurisdict. omn. jud. diffin. 7.

ANTE TEMPVS PRÆFINITVM

quando possit exerceri.

d. 8.

³⁶ **S**ed supra posita resolutio limitatur in legatis pijs, & alimentorum, vt tenent Mendez d. part. 2. lib. cap. 2. num. 87. Barb. ad Ord. nostram. tit. 62. 2. 2. citantes Tiraq. & Surd. de alimen. quamuis non in loco vbi rem agit quia pia causa per impedimentum non retardatur Mol. de just. tom. I. tract. 2. disp. 251. num. 5. quæcum intra annum peti possint, & testamentarius, vel hæres judicialiter monitus ea non præstanto priuari debeat hæreditatio commode ex supra dicto Mendez cum multis, etiam per consequens ipsos testamentarios intra dictum annum ad illa implenda, cogere poterit Proquisitor, nam cui competit actio ad agendū, necessario ei assisteret debet judec, qui super petitis judicer, & judicatu executioni mandet.

Dic-

Diximus supra quod jurisdictione Provisorum suspensa consideratur quoad cognitionem uniuscujusque testamenti dum non transit annus, & mensis, & quod intra illud terminum dari possit, tantum in pijs, & alimentis.

Nunc autem videtur casus in quo Provisor ante elapsum dictum terminum, cognoscere poterit de testamento; & pone quod executor negligit voluntatem defuncti implere, & de ejus malitia notorie constat, aut si tanta termini pars elapsa est, ut executor jam adimplere non valeat; tunc poterit, tam Provisor, quam Iudex Ecclesiasticus, in suo mense cognoscere de testamento intra terminum, & illud exequi, ut per Thom. de execut. vlt. tract. 4. tit. 14. cap. 1. num. 24. § 28. qui alios citat, & aliqua agit de materia sequentibus numeris: extende etiam quod prorogatur dicta jurisdictione, quando executor testamentarius ante terminum à lege præfinitum reddere ultimationes de quo latius infra dicemus sub cap. 2.

*QVOD INTRA TERMINVM
possit actione ordinaria legatum peti.*

§. 9.

Quod de omni legato per actionem ex testamento ordinariam intra annum data adiunctione hereditatis, vel acceptatione officij testa-

E men-

mentarij possit cognoscere iudex, ultra Pereirā d.
cap. 15. num. 9. & ab eo citatos tenent Gutier. pract.
lib. 1. quest. 44. num. 5. Mol. de just. tom. 1. tract. 2.
disp. 134. num. 5. Joseph Vella qui multos refert dissent.
14. num. 46. & intra dictum annum poterit etiam
Prouisor de legatis pijs, & alimentorum cognos-
cere, ad hoc ut executores, & heredes cogat ad
ipsorum implementum, & in causa procedere se-
cundum dispositionem Ordinationis; quia cum
implementum testamenti transacto anno, ipsi tan-
tum competat, & dicta legata ante illum transac-
tum pati possunt, ut per supra citatos sublata tem-
poris, & termini prædictione, ut in legatis aufer-
tur, & monito judicialiter executore quin adim-
pleat statim, aperitur via Prouisoris cognitioni, ac
si terminus transactus esset, ad hoc ut cum cogere
possit ad rationes reddendas, & ad testatoris vo-
luntatem in forma legis adimplendam.

COGNITIO PROVISORIS, ET Iudicis ordinarij diuersa.

§. 10.

Contra vero dictam resolutionem non ob-
sistit dicere, quod si intra annuni & mensem
omnia legata actione ordinaria ex testamento co-
ram judice ordinario peti possunt, & intra ipsum
ad placita praestanda, & adimplenda jurisdictionem
habet

de munere Provisoris.

35

Habet Provisor, necessario executores varijs judicij; conuenti eadem super re, quod jus non patitur, vexabuntur.

Respondebitur enim quod nullum in hoc datur inconueniens, quia diuersa est cognitio Provisoris, à cognitione judicis; nam judex intra annum cognoscere potest de omni legato, quando à legatario hæredi, vel executuri petitur, dummodo causæ dictorum legatorum non sint mere spirituales, quia de his non potest judex laicus cognoscere secundum Diana part. 8. tract. 5. resolut. 55. Carp. de execut. testam. lib. 1 cap. 21. num. 3. per text. in cap. de cernimus de judic. Provisor vero tantum post annum & mensem ex officio, vel ad partis instantiam contra executorem, vel hæredem ad rationes reddendas, & ad implendam voluntatem defuncti in omni legato, & in pijs post elapsum terminum motionis, vel requisitionis executoris, aut hæredis; si in eo non satisficiat, qui termini lapsus per negligentiam ipsorum anno & mensi integro æquiperatur. Attamen hæc resolutio, & doctrina circa legata pia intra annum adimplenda comoderamino de quo Surd. sup. de alim. tit. 8. privileg. 11. cum alijs intelligenda videtur, nempe tunc tantum peti posse dicta legata pia, & alimentorum, quando mortua damnum est allatura, & aliter seces, damnum enim ut evitetur procedere poterit dicta resolutio.

Eij

Ad-

QUOMODO QVOAD DEBITA
procedatur, & de concordata inter Ecclesiasticum, &
secularem judicem.

§. II.

40 **A** Duertendum tamen est, quod si in suis testamentis jussent testatores aliqua solvi debita, & nulla detur ad solutionem hæredum, vel creditorum controuersia, debitaque ab omnibus in confessio sint, quod recte Vicarij, aut visitatores in suo mense, ut ea soluant executores, vel hæredes cogere poterunt; nam quamvis hoc vere legatum non sit, in eo voluntas testatoris versatur, ut statim soluatur, & naturam legati habeat; si vero controuersum sit super realitate, vel veritate debiti, aut aliquo quoquis simili modo, quod probatione, vel judiciali discutione egat, tunc cognitio ad Prouisores pertinebit, ut per d. Pereira sup. num. 10. vers. secus tamen. & num. 14. per tot. & etiam illis pertinebit, si res evidenter, & summarie poterit decidi, nam si altiorem indaginem requirat coram judice alias competente discussetur ex ratione de qua idem Pereira d. cap. 16. num. 14. ad fin. quando alia de jure præstantior non sit.

41 Hæc eadem jurisdictio quæ Prætoribus fidei-commissarijs tantum pertinebat, Episcopis, ejusque Vicarijs in simul, & mixtum cum Prouisoribus cessa-

cessa fuit per jura à Gab. Pereira allegata in d. cap. 16. num. 2. & dabatur inter vtramque potestatem ecclesiasticam, & sæcularem præventioni locus, quod postea per concordiam quam transcripsit Themud. 3. part. decis. 350. a princip. citat. Pereira de manu Reg. tom. 1. resol. 80. sublatum fuit & per anni menses distributa cognitio vtrique potestati ad sedandas dissensiones, vitandas partium vexationes, & non retardanda animarum suffragia, quæ concordata, & æqualis distributio L. Regia dict. lib. 1. tit. 62. l. 4. non obstante, ut lex obseruatur.

*DE ABINTESTATORVM
hæreditatibus.*

Q. 12.

Veruntamen quamuis inter Ecclesiasticos, & Seculares Ministros sedatæ sint testantium super vltimis voluntatibus dissensiones, super abintestatorum hæreditatibus quotidie nouæ mouentur; enixe enim Episcopi, & Ministri contendunt super illis jurisdictionem habere, ad hoc ut cogere possint hæredes ad separanda bona quæ pro animabus defunctorum expendantur, & eis postea à dictis hæredibus rationes exigant; & quamuis hoc opus pijssimum defunctos erga videbatur, hæredum respectu injustitiam magnam continet; ⁴² nam cum vnausquisque rerum suarum moderator,

E iij. &c.

& dominus sit secundum definitionem dominij,
de qua Bars. in L. si quis num. 1. & differentia ff. de-
acquir. pess. num. 4. Gam. L. 45. Taur. num. 5. Couar.
3. var. cap. 6. num. 6. Pinel. in l. 1. part. 2. num. 1.
Mol. de just. quæst. 1. art. 1. fol. 99. hæresque per adi-
tionem dominus efficiatur, & hæreditas defuncti patri-
monium hæredis dicatur L. nam quod & vlt. ff. ad Tre-
bel. princip. Inst. de hæred. qualitat. Peregr. de fidei co-
miss. art. 49. num. 2. Grat. tom. 4. cap. 685. num. 1. &
Barb. in rub. de solut. matr. p. 4. a num. 19. Valaf. de
part. cap. 2. num. 14. à rationis, & justitiæ dictami-
ne alienum videtur posse, tam visitatores, quam
Prouisores, de bonis hæredum, nulla lege permi-
tente ad libitum disponere, quando jurisdictio,
quæ ipsis mixtim data fuit, vt constat ex L. hære-
ditas ss. ff de pet. hæredit. & ex auth. de Ecclesiast. tit.
& si quis, circa executionem ultimarum voluntatū
versatur, & ultra eas extendi nequit, non permi-
tente jure ciuili, neque Regio, vt patet ex supra d.
Ord. tit. 62. & 4. quæ jus ciuile sequutum fuit.

Q V O D N E Q V E L A I C V S.
neque Ecclesiasticus Index de ab iniustatis
cognoscere valent.

¶. 13.

His tamen suppositis, & vere de jure resolu-
tis, tam Prouisores, quam Visitatores ad
ratio-

Fationes ab intestatorum reddendas injuste hæredes cogunt; & in aliquibus Prouincijs obtinent Prouisores, in aliquibus vero, ut in Algarabiorum Regno Visitatores, præventione in testamentis jam sublata, vtendo perperam, & quod magis est coercendo, saltem Visitatores, pœnis, & censuris hæredes, vt separent tertias, aut aliquam illarum partem, vel hæreditatum pro suffragijs defunctorum expendendas, nullo jure dictam separationem permittente, nisi aliquibus sinodalibus constitutis quæ ipsos de his cognoscere jubent, cum dictæ constitutiones laicos non comprehendant, secundum Pereira d. cap. 16. num. 16. & non solum in hoc Regno admissæ in hac parte non sint, imo adeo impugnatae, & impeditæ per sæcularem potestatem, vt eas nunquam typis mandare permisit facii Palatij Tribunal, & contra earum dispositionem in judicio Regiæ coronæ innumeræ sententiæ auditis Ecclesiasticis ministris prolatæ existant, vt in grauamine quod interposuit Doctor Antonius Barboza Baçallar tunc Eborensis Prouisor, nunc Domus Supplicationis dignissimus senador conquestus de Vicario oppidi de Montemor, & in altero quod interposuit Hyacintus Lopes Machado Pacis Iuliæ Prouisor, à Licentiato Antonio Ferreira Vicario, & Visitatore oppidi de Moura, ultraque alia antiquiora, in altero Affonsi a Cunha Estibeiro scribæ auditoriæ do Campo de Ourique:

Ourique interposito à Vicario Oppidi de Santia-
go de Cassem, actuario Ioanne Rodriguez Carrei-
ra, quod deinde in dicto sacri Palatij Tribunalis
per resolutionem vulgo, assento, ita fuit decretum
ut cessarent hæ discordiæ, & dissensiones inter mi-
nistros, & subditorum vexationes, quæ resolutio,
& sententiæ, non solum quoad eos Ecclesiasti-
cos cum quibus res acta fuit, sed contra alios jus
facere debent ex his quæ Gama decis. 332. num. 2.
Phæb. decis. 212. num. 1. Glossator ad Ord. in 3. tit. 64
in principio num. 6.

*DE RATIONE OB QVAM DE
abintestatibus non cognoscitur.*

¶. 14.

ET quamvis ex tenore dictarum sententiarū
videatur abintestatorum cognitio Prouiso-
ribus pertinere, hoc substineri nequit, si quidem
ex supra dictis in ¶. 12. eadem est ratio per quam
talis cognitio denegatur visitatoribus cum illa per
quam Prouisoribus concedi videtur, nam tam ipsis,
quam alijs tantum vltimarum voluntatum cogni-
tio data fuit, & ubi non datur aliqua vltima vo-
luntas, vtique dari non potest aliqua cognitio, at-
qui in defuncto qui testamentum non condidit,
non potest considerari voluntas, cum testamentū
sit testatio mentis, quæ voluntatem regit, & de-
clarat

clarat; ergo nulla dari debet cognitio, vbi nulla inuenitur adimplenda voluntas, nec deinde illus iudex in hoc Regno vbi jurisdictiones sunt distinctæ ex Cab. i. part. arrest. 37. Mendez i. etiam part. lib. 2. cap. i. num. 13. Barb. ad Ord. lib. 3. in princip. tit. II. num. 12. potest in officium & jurisdictionem sibi non competens se intromittere, cumque Prouisor sit iudex certarum causarum tantum, ut sunt implementa ultimarum voluntatum, illas extra de alijs cognoscere nequit.

*DE SEPARATIONE BONORVM
ad pia, quam Iudices faciunt.*

S. 15.

Hic forsan abusui occasionē præbuit quædam bonorum separatio, quam Iudices qui conficiunt ab intestatorum inuentaria, & partitiones; ad funeris expensas, & corporis præsentis suffragia, facere solent, quibus de bonis hæredibus rationes exposcunt Prouisores, & Visitatores, ut de bonis pie animabus applicatis, ac si eorum cognitio versaretur circa animas defunctorū, aut dispositiones, & voluntates hæredum, vel iudicum, cum tantum circa voluntates defunctorū quæ in opus exterrnum exierunt, & ab ipsis testando declaratae fuerunt, versatur. Quare talis abusus, vs nullo juris fomento fulcitus, à præxi,

45

F

ju

judicijs exulare debebat, nam de illius rigore, nec judex dictam potest facere separationem, nisi de voluntate & pia hæredum liberalitate, nec Procuratores, & Visitatores tales exposcere rationes, ut supra cum Pereira, & allegatis juribus ostensum fuit.

CVI COMPETAT EXECVATIO separatorum bonorum.

§. 16.

Sed supposito quod de facto dictæ separatio-
nes solent fieri; & quod ut res tam pia, & ra-
tionali consentanea, seruato tamen supra insinuato
46 moderamine, impediri non debent, cum expensa
funeris semper deducenda sit secundum Mol. de
just. disp. 235. à vers. in hoc Regno. & Valaf. de par-
tit. cap. 23. num. 13. & cap. 19. num. 39. & aliæ expen-
sæ, dum per hæredes non impugnantur, de eoru-
placito censeantur separatae; dubium est cui com-
petere debeat dictarum expensarum executio, &
videtur quod sacerdotalibus magistracibus, qui in-
uentaria confecere, sunt enim extra causam viti-
marum voluntatum, de bonis profanis, & hære-
des laici qui exequendi sunt, ut per Gab. Pereira
sup. dict. num. 16. ipsique ex officio, aut ab Eccle-
siasticis Ministris, vel Parochis requisiti debent
hæredes diligenter ad eas soluendas cogere; sin-
vero id sacerdotes neglexerint, tunc Ecclesiastici Mi-
nistris

in*istri jurisdictionis suæ gladio vti poterunt intra limites synodalis constitutionis expensas exigendo, quæ separatae fuerunt à secularibus judicibus, & nihil amplius, qui eas semper separare debent secundum qualitatem personarum, & earum facultates, quod ipsorum arbitrio relinquendum est, secundum d. Pereira d. num. ad peragenda officia, & suffragia corporis præsentis tantum, quæ vnicuique defuncto, dūmodo non sit seruus, aut filius familiæ, fieri jubet dicta constitutio, si quidem in hoc Regno in hac parte admissa est, & generaliter usitata, vt jusque parochiale constitutum, & cum sit tam pia, & animarum bono conferens non debet sine effectu, & executione manere, quando cù 47. alicui jurisdictione, aut alia res permittitur, vel conceditur, omnia quæ ad ipsam consequendam, vel perficiendam necessaria sunt, concessa videantur, per text. in L. 2 ff. de jurisdict. omnium jud. cap. præterea de offi. delegati Bald. in L. 1. si Rector col. penult. num. 92. Pinel. 2. part. L. 1. num. 53. C. bon. mat.*

*Q V O D L E X S T A T V E N D A
erat per quam intestatorum animabus pro-
videri deberet.*

v. 17.

Supradicta de jure procedere videntur, sed æquitas, & ratio naturalis, quæ ut lex scripta
Fij alle-

allegari potest ex Phæb. 1. part. decis. 10. num. 7. ad
 fin. & quæ seruanda est, & non rigor maxime si
 damnum detur irreparabile ut per Giurb. obs. 88.
 num. fin. cuique ubicumque suadet fabueniendum est per
 text. in L. Diuus de rest. integr. aliud exposcere vi-
 debatur, & pia affectio, Christianaque non solum
 deuotio, sed religio (si jus alterari licet) per legem
 statuendum fore inculcabat, quod in placito, &
 voluntate hæredum hære non relinquenter ex-
 pensæ, imo quod de una quaque intestati hære-
 ditate, tertia pars tertiae, aut tertiae dimidia, vel duæ
 illius partes secundum qualitatem personarum hæ-
 reditatis substantiam, & hæredum constitutionem
 separarentur, ut pro anima defuncti expenderen-
 tur; ea ramen consideratione, ut descendantibus,
 vel ascendentibus hæredibus tertia tertiae demere-
 tur tantum, transuersalibus vero duæ partes, vel
 dimidia, & quod de dictis partibus separatis una-
 quaque potestas ecclesiastica, & secularis in suo
 mense, sicut testamentorum, ita intestatorum ra-
 tiones exigeret, & hæredes ad satisfactionem co-
 geret; iniquum enim, & inhumanum videtur,
 quod si defunctus mortis oblitus, aut vita dece-
 ptus, vel pressara infirmitatis, disponere de rebus
 suis non valuit, hæres integræ, & sibi præcipuæ
 habeat hæreditatem, & animæ defuncti remedium
 ab ejus voluntate pendeat; & vt frequenter acci-
 dit jejuna maneat, quando si per epicheam,
 quæ

quæ in vltimis datur voluntatibus interrogatus esset, forsan , si suos non habuisset hæredes, animam hæredeni institueret, & eos relinquendo, totam tertiam , aut maiorem illius partem pro ea expendi jussisset; quod si primis legum conditoribus præsens non fuit, esset quia gentiles erant , & potius de viuis, quam de defunctis cogitabant.

*QVOD SALARIVM DE
ab intestate non debetur.*

§. 18.

ET si hoc ita statueretur tunc Prouisores, & 49 Vicarij, aut Visitatores rationes ab hæredibus exigere valerent, eosque ad satisfactionem cogere, & salarium residui quod nunc injuste extorquent , juste recipere; ipsis namque cum abintestatorum cognitio non competit, neque expunctione rationum, utique neque salarium aliquod debetur, neque etiam quando in inventarijs pupillorum eas expungunt, quamvis enim in eis expungendis laborent, & mercenarius, ad illud euangelij, dignus sit mercede sua, hoc fallit in illis qui in alienam se getem false immitunt, si enim salariū etiam conuentum non debetur Aduoato qui male se gessit in causa, secundum Grat. cum alijs Forrens. cap. ss. num. 20 minus debebitur magistratibus qui inciviliter , & inutiliter , contraque

juris dispositiones se gerunt partibus inuitis, & forsitan renuentibus, caueat ergo timoratus ab hoc lucro Prouisor, quando Iudei qui injuste se gerit malitiose salaryum amittit, & in expensis condemnatur, ut per Barb. in L. cum qui temere ff. de judic. num. 203.

D E C O N T R O V E R S I A I N T E R
Prouisores, & Praefectos Captiuorum (vul-
go Mamposteiros) circa cognitionem testa-
mentorium.

2. 19

Sedata, ut supra per concordiam, præuentio-
 nis tempestate inter Visitatores, & Prouisores,
 exorta ab Africano mari alia insurgere videtur pro-
 cella, Praefecti namque captiuorum se cumulati-
 uam cum Prouisoribus jurisdictionem in testame-
 torum rationibus expungendis, & exequencias ha-
 bere prætendunt per decimum sui Regiminis ca-
 pitulum, in quo Dominus Rex Sebastianus can-
 demmet Prouisorum, & Iudicium residuorum ju-
 risdictionem cum præventione dictis Praefectis, re-
 demptionis zelo concessit, eo tamen moderamine,
 ut dum Prouisores, & Iudices essent in locis ubi
 rationes reddendæ erant, ea non vterentur; verū
 tamen quamvis hoc ita dispositum in dicto regi-
 mine

gimine inueniatur, & Præfecti à tergo Prouisorum, & ut fuit im dictam jurisdictionem lacerando, & miseros executores, atque hæredes vexando eam ad praxim reducere voluissent, nunquam usque nunc obtinere valuerunt.

*QVOD PRÆFECTI CAPTIVORVM
non cognoscant de testamentis.*

l. 20.

VT ergo dictorum Præfectorum fundamen-
tum sicut erroneum refellatur, & eisdem
met ipsis cognitum, & in confessio sit, quod tale
Regimen in hac parte vigore caret, & in sua non
est obseruantia, sciendum dico, quod nostra Or-
dinatio, & lex Regia nostrum jus commune est,
teste Gam. decis. 50. num. 16. & decis. 348. d. num.
Cabcd. 1. part. decis. 211. num. 1. Cou. pract. cap. 29.
num. 4. ad fin. Mol. de primog. lib. 5. cap. 12. num. 11.
& quod per eam lib. 1. tit. 50. & tit. 61. datum est
Prouisoribus suum regimen, & quod vt clausum
in corpore juris præualidius, & fortius remanet
çæteris regiminibus extraugantibus. Quo suppo-
sito cum per dictas Ordinationes Prouisoribus vlti-
marum voluntatum cognitio specialiter, & priua-
tive commissa sit, vt patet ex d. tit. 62. l. 8. & testa-
tur Pereir. decis. 29. in princip. priuatique data
alicui jurisdictione, vt ista Prouisorum, & Visitato-
rum.

rum alijs denegata censeatur ex his quæ Cab. p. 21.
anum. 8. cumque constet dictum Præfectorum Re-
gimen ipsis datum fuisse anno Domini 1560. ut ex
eo cernitur in cap. 46. & regiarum legum compila-
tionem factam fuisse anno 1595. quinque & tri-
ginta post Regimen redemptionis captiuorum. ut
docet prologus Ordinationis juncto dicto Regi-
mine, lexque posterior anteriorē deroget, etiam
si de ea mentio non fiat cap. 1. de constitut. lib. 6.
Cardoz. verb. lex n. 1. per aliamque contrariā tol-
latur L. de quibus ubi glos. vlt. & Sason. num. 33. C.
de legib. cum alijs juribus, de quibus Card. sup. n. 15.
cui consonat Mol. de just. tom. 6. disp. 46. num. 28.
in dictoque prologo insuper declaretur quod per
illam Ord. derogentur, & annullentur omnes Or-
dinationes, & leges usque tunc conditæ, exceptis
quæ extant in libro Domus Supplicationis, articu-
lis gabellarum, & Regij parrimonij ordinamentis,
dictum redemptionis captiuorum Regimen in hac
parte, qua per Ord. dictis titulis cognitio testamé-
torum cum præventione data fuit Prouisoribus,
& Visitatoribus priuatue derogatum, & nullum
remansisse absque vlla hæsitatione dicendum est.

**C ORROBORATIO SVPRA
posita resolutionis.**

§. 21.

Corroboran*tur* hæ resolutiones ex sequenti- §
bus. Primō, quia in d. Ord. tit. 50. l. 5. 12.
& 13. & d. tit. 62. l. 26. vbi de dictis Præfectis lo-
quitur, & in alijs locis nulla ipsis datur jurisdictione
circa cognitionem testamentorum, quam si lex va-
luisset, expressisset, sed tantum eis permittitur, quod
præsentes sint confectioni inuentarij facultatum
captiuorum, ejusque Promotori quod testamenta
petere possit, & deinde quod residua, & salario
executorum, qui ultimas defunctorum voluntä-
tes non impleuere eis tradantur, vt in d. l. 62. & l.
12. ad fin. quibus in actibus, rebusque nulla juris-
dictio, neque cognitione considerari potest, sed nu-
dum tantum receptatoris redemptionis ministerium,
quod ipsi jure, & realiter solum exercent. Secundò,
quia etiam si Rex cumulatiuam cum Provisoribus
dictis præfectis jurisdictionem concedere voluisset,
vt de facto in ipso Regimine concessit, re forsan
minus perpensa; jurisdictione inter ynos, & alios
diuisam Provisoribus minuens, & per consequens
illam, quæ insimul cum ipsis, Visitatoribus con-
cessa erat à jure, nunquam credibile videbatur Re-
giam intentionem fuisse, ecclesiasticam minuere,

G

&

& fraudare jurisdictionem, quæ tum temporis fraudata manifeste manebat respectu duplicitis præventionis, cum qua Provisores, & Præfecti cum Visitatoribus, aut Vicarijs concurrere debebant, ex quo dicum Regimen sustineri nequibat, & ideo per Ordinationem merito derogatum fuit. Tertiō, quia si dicti Præfecti, neque per Ordinationem, neque per suum Regimen ullam habebant jurisdictionem, magnum dabatur inconueniens, ad dicti officij exercitium, & executionem ultimarum voluntatum, si quidem de dubijs, & controv ersijs in legatis, & fidei commissis incidentibus cognoscere non valebant, & eis non sublati, non poterant testamentum executioni mandari. Quare ex his, & supra dictis, nunquam tale regimen practicatum fuit, neque practicari potest, imo declarari debet pro derogato, & nullo, ut dicta inconuenientia, vexationesque subditorum, & indebiti sumptus vitentur.

Aduertendum tamen est, quod per quoddam Regium diploma cuius transumptum ad calcem hujus tractatus inuenies, Procuratoribus captiuorum conceditur quod possint coram eorum Præfectis intra annum & mensem petere legata captiuis reicta, & cæteras res quæ ipsis per testamenta pertinent; & licet de hac jurisdictione dubitari possit propter, supra proxime dicta, adhuc quando in hoc sustineri valcat, dictum diploma locum solum

Solum habere dicerem in elemosinis, & legatis, quæ captiuis in testamentis relinquuntur in hac tantum Ciuitate, ut ex dicto diplomate apparet, & in operis meritorijs in genere commissis arbitrio, & voluntati executoris testamenti, si tanta anni pars transacta sit absque implemento, ut naturaliter jam impleri nequeant, ut ego ad conspectum nostræ Ord. iii. 62. l. 16. deliberaui, & obtinui in causa Matthæi do Rio Procuratoris residuorum, & Saluatoris Martins Preto, Scriba Petro Nogueira Cardozo die 15. Iulij 664. aduertendumque etiam, quod ex eodem diplomate euincitur, rationes testamétorum, semper Provisoribus pertinere.

*AN PROCVRATOR RESIDVORVM
et alij similes condemnari debeant in expensis quando in causis victi sunt.*

l. 22.

ET quia quotidie isti Procuratores, & alij similares, lucri magis ambitione, quam officijs zelo, injustas solent lites mouere, & si postea cadunt à causis, non contenti pœnam calumniat, & temere litigantium euadere, de quibus in toto tit. Lust. de pœna temere litigan. L. eum qui temere: ubi Barb. ff. de iudic. L. seueriter, et ibi Bald. et Faber C. de excusat. iutor; effugere volunt etiam expensas quas juste vitoriis soluunt, secundum Crd. in

G ij

3.

3. tit. 67. à principio ybi Glossator cum multis, quan-
do adhuc Iudices, & Aduocati qui se male gerunt
in eis condemnantur, ut supra q. 18. post medium; &
nimis audaciter, aut inepte se frui priuilegio Pro-
curatoris Cæsaris dicunt, de quo in d. Ord. v. 3; ybi
etiam Glossator cum d. Barb. Surd. Grat. & alijs non
considerando quod Cæsaris ejus nomine lites mo-
uet, nec quod expensarum condemnatio quædam
species pœnæ videtur, quam suprema Majestas,
nec ejus umbra, qualis est Procurator, nunquam
incurrere potest, & licet d. Barb. sup. à num. 195 hoc
de jure non procedere teneat, sed de consuetudine
generali, adducens in confirmationem glossam re-
ceptam in L. i. C. de petit. hæredit. ego ex præceden-
ti fundamento, & ex alijs, quæ de jure deducere
possem, contrarium dicerem salua pace Barb. &
Guilhelmi Benedicti; glossa namque allegata quā-
uis Vassalum æquiparet Principi, id tantum in ul-
timis voluntatibus, & contractibus locum habe-
re debet, ut ex ea colligitur, ybi Princeps jure com-
muni vtitur nisi specialiter priuilegiatus inueniatur
juxta text. in L. de contractu. C. resci. vñdit. Phæb.
2. part. arest. 46. vers. quia Princeps; secus vero in
priuilegijs, & minus in pœnis, ybi diuersissimæ na-
tio datur, quapropter, & quia in jure tale priuile-
gium in istis Procuratoribus concessum non repe-
nitur ex sun natura cap. Si Papa IO. de priuileg. Nuuar.
in cap. placuit de pœnitentia dist. 6. num. 59. qui
in

in eo se fundat illud probare tenetur, ex *Musc.*
conclus. 1201. num. 3. tom. 3. Valas. quest. 39. vers.
differunt, ipsos in expensis victos condemnando
fore iterum atque iterum dicere, ut multoties in
Senatu me etiam judice decisum fuit.

Neque etiam obstat dicere quod iustitiae tam
ecclesiasticæ, quam sacerdotalis Promotores in dictis
expensis non condemnantur ex ijs quæ *Mendez*
1. part. lib. 2. cap. 12. a num. 12. & quod ipsi etiam
promotorum officium gerunt; quia respondebitur
quod in dictis Promotoribus versatur etiam
supra posita ratio quæ personarum excelsitudinem
& respectum considerat, & adhuc quando Pro-
motores odio, vel calumnia aliquem accusare stu-
dent, & cum effectu contra illum promouent, in
expensis condemnantur, ut per dict. *Mendez sup.*
num. 13. hocque ex eo procedere videtur, quia dum
odio, malitia, aut ambitioni suæ indulgent, non
officium Promotorum gerunt, nec Principem ju-
stitiae fontem, aut Summum Pontificem, Episco-
pumve repræsentant, sed partium interesse præten-
dantium, & accusatorum vices faciunt; & cum
nostris Procuratores potius ad proprium lucrum,
& extorquenda non solum magna salario, sed ali-
quando partem substantiæ defunctorum, ut Re-
sidiorum qui octauam prætendit habere in bonis
majoribus aut capellis applicatis, de quo *sup. in-*
l. 4. attendant, quam ad zelum animarum, &

boni communis in voluntatum implemento considerati , sibique condemnationes, & emolumenta, partesque interessatae fiant, in expensis si male, aut injuste lites promouerunt , & victi exierunt , condemnandos fore nemo dubitabit.

Neque replicari poterit cum dicto Barb. sup. in d. lege cum qui temere num. 200. dum Promotores à calumnia excusare intendit ea scilicet ratione, quia ex officij necessitate causas promouent, & accusations formant. Respondebitur namque Promotores præcise non cogi futilles accusations inten-
tare, & prosequi, malamque fouere causam ex of-
ficij necessitate, imo teneri eas injustas, & inuti-
les declarare, & nihil inuenire quo super promo-
uere possit, & si Iudex post talem declarationem
procedere jusserrit, tunc excusabitur, aliter vero se-
cu, de qua quæstione est videndus late erudit. Pegas
forens. cap. 16. per tot. & num. 4. 37. 95. & 96.

TESTAMENTVM VALIDVM
requiritur ad hoc , ut cognitio Proutisoris
procedat.

§. 23.

56 **S**upradicta circa Proutisorum jurisdictionem
ut procedant , & cognitio sua locum habere
possit, testamentum validum , & secundū Regiam
Orz.

Ordinationem factum requiritur, vt in d. lib. 1 tit. 62. 2. 24. disponitur expresse; hocque ex eo, quia cum dicta cognitio versetur in adimplendis testamentis, & vltimis voluntatibus in eis contentis, & testamentum nullum, testamentum non dicatur, voluntasque imperfecta voluntas in illo non sit. L. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testamento. Castilb. lib. 5. part. 2. cap. 108. num. 1. Mantic. de conject. vlt. lib. 3. iit. 3; num. 12. cessante legitima dispositione etiam cognitio cessare debebit. Quo supposito, queritur, an Provisor cui præsentatum fuit testamentum, quod sibi per ipsius inspectionem ex aliquo defectu nullum apparet, illud admittere debeat ad hoc vt de ejus implemento agat, & attenta dicta Ordinatione principijs & juris regulis, de eo cognoscere non posse videbatur.

*DIFFERENTIA INTER
testamentum ad pias, & aliud
testamentum.*

§. 20.

Sed hoc non ita absolute & indistincte accipendum est; differentia namque fieri debet inter testamentum ad pias causas, & aliud testamentum, & inter testamentum in quo pia legata reliquuntur, & illud in quo alia legata, interquet testamentum.

stamentum ab hærede, vel partibus toleratum; vel
ab ipsis impugnatum. Nam licet testamentum nul-
lum, aut imperfectum ex defectu solemnitatis su-
stineri nequeat, nisi inter liberos, per text. in L. hac
consultissima & ex imperfecto Cod. de testam. Clar.
testamenta quæst. in. Gam. L. 3. Taur. num. 53. &c in
eorum fauorem Auth. hoc inter liberos Cod. de testa-
mentis Boer. conf. 48. num. 4. Ngri. lib. 3. cap. 4. num.
23. Testamentum ad pias causas duobus tantum te-
stibus per quos de voluntate defuncti constet abs-
que omni solemnitate valebit Gam. decis. 378. n. 6.
& decis. 380. num. 3. Coua. in cap. relatum in princip.
58 de testamentis, Clar sup. quæst. 5. num. 2. & quæst. 57.
num. 1. Egid. in L. I. Cod. sacrof. 2. part. initio num. 1. illa autem, & eodem modo, si manu testatoris ali-
jsque testibus signatum sit. Coua. sup. num. 12. in fin.
Grat. tom. 4. cap. 625. num. 20. Tiraq. de priuilegijs
pias caus. priuileg. 4. Phæb. 2. part. decis. 137. à num.
37. & I. part. decis. 56. num. 10. Valasc. conf. 67. Cab:
I. part. decis. 129. num. 12. Nigr. lib. 3. cap. 14. num. 23.
& cum testamentum validum sit quoad pias, recte
de eo cognoscere poterit Prouisor, & non solum
de ipso, sed de quolibet, in quo pia legata relinquā-
tur, quamvis solemnitatum defectum haberet Grat.
cap. 763. à num. 18, secus vero si de alijs legatis agatur
L. Papinianus 8. 5. si ex causa ff. de inofficiis testam. L.
Titia 13. eodem tit. Gam. decis. 189. & 81. num. 4.

DE TESTAMENTO IMPUGNATO
& controuerso cognoscere nequit, alias secus.

v. 21

DEINDE licet de testamento impugnato , & ⁵⁹ controuerso ratione defectus solemnitatis cognoscere non valet ex supra dictis de eo quod à partibus præsentatur, quin contra illud dicti defectus opponantur, recte cognoscere posse mihi videtur; Prouisor namque non fiscalis est , & impugnator vltimarum voluntatum, sed illarum conservator, & adimplidor, easque litigiosas reddere non debet, quando absque jurgio ad eum perueniunt, & ipsarum validitas , aut nullitas sibi non competit , sed ordinarijs judicibus ; & quando insuper hæredes , & partes dictis nullis, aut imperfectis testamentis stare volunt in confirmationem vltimarum voluntatum , quæ quoad fieri possit, sunt seruandæ , L. 1. Cod. sacros. L. hæreditas ff. petit. hæred. Cald. in lib. si curatore in princip. n. 4. de integr. rest.

QVARA DE TESTAMENTO
à partibus approbato cognoscere valet.

v. 22.

NEC replicari poterit quod imperfecta voluntas ⁶⁰ voluntas non est ex eo inst. quib. mod. t. st. infirm.
H Mantic.

Mantic. de conject. lib. 3. tit. 3. num. 12. & tit. 20.
 num. 1. Peregr. de jure fisci. lib. 4. tit. 1. num. 2. &
 quod voluntas imperfecta dicitur illa per quam
 dispositio fuit explicata, sed non habuit solemn-
 itates à jure requisitas, Mantic. sup. d. tit. 20. n.
 2. Nigr. lib. 1. cap. 4. num. 25. ad § ex imperfecto C.
 de testament. & ubi non datur voluntas, utique Pro-
 uisori cognitio dari non potest; nec ex imperfecta
 ratione solemnitatis deberi legata, secundum Grat.

61 cap. 398. num. 9. quia respondetur, quod licet ad va-
 litudinem actus voluntas imperfecta, voluntas non
 sit, ad declarationem voluntatis, quæ etiam ex actu
 inualido deprehenditur voluntas est, L. qui à patre
 ff. de confirm. tutor. L. fin. ff. de rebus eor. Castilh. contro-
 uerf lib. 5. part. 2. cap. 108. num. 3. & hæredes ipsam
 voluntatem approbantes solemnitatū defectus sup-
 plent, quæ tantum inuentæ, & introducere fuerunt,
 nec falsitates in testamento committerentur, ut per
 Gom. lib. 2. cap. 2. num. 5. vers. 5. & donare viden-
 tur quod de eorum consensu hæreditarium fauore
 voluntatis defuncti expenditur.

OMNIA METATIS PEGASO STAN
 alio sibi proinde in securitate

xx. 5

QVAN

QVANDO DVO AD PIA
testamenta apparent, cui standum, si duote-
stamenta ad pias apparent quod adim-
plendum.

Q. 23.

Alia ex hinc se offert dubitatio; nempe quan- 62
do duo ad pias causas apparent testamenta,
primum magis solemne, & secundum minus, aut
absqueulla solemnitate, verum primum, aut secú-
dum adimplendum sit. Et pro primo adimplendo
stat opinio Manic. de conject. lib. 6. tit. 3. num. 4.
in fin. Fachin. lib. 4. controuers. cap. 6. col. fin. Imola.
in cap. cum omnes quæst. 18. de testam.

Contrariam tamen, imo per secundum minus 63
solemne reuocari primum magis solemne, tenent
Cousas in 2. de testam. part. 2. num. 1. ad med. Gratian.
tom. 4. cap. 605. num. 12. Taf. in L. si ita 14. num. 29.
ff. de leg. 1. Sylvest. in summa verb. testamentum, n.t.
quæst. 6. vers. 4. Giurba de statut. cap. 6. glos. 2. à n.
19. quæ mihi verior videtur ex eo, quia cum in te-
stamento ad pia, solemnitates non requirantur, &
sufficiat nuda, & mera voluntas defuncti, de qua
constet ex testamento testatoris manu signato, aut
ex dicto duorum, seu trium testium, ut supra, vel
vnius tantum, ut vult Calla de modo art. ex proban.

H ij glos.

glos. vnicā. t. 2. num. 89. & posterior voluntas priori
praeualeat s. posteriore inst. quibus modis test. infirm.
Iason. in L. pacta nouissima, ubi Dec. & Alciat. C.
de partis. Nig. sup. cap. 10. num. 1. Dicendum est
est secundum testamentum, quamvis minus so-
lemne, in quo posterior voluntas continetur, &
quæ sola attenditur, seruandum fore, & de ejus
implemento per Prouisorem agendum, si quidem
in hoc casu solemnitatibus rejectis potentior, &
terior est voluntas quæ posterius declaratur.

QVANDO LEGATA TERTIAM excedunt, quomodo se debeat habere.

t. 24.

64 **A**ltera quotidie solet occurtere dubitatio, vi-
delicet, si legata tertiam, vel patrimonium
defuncti excedant; quomodo se debeat habere
Provisor in implemento testamenti circa legato-
rum satisfactionem, & diminuenda forte legata, tam
quantitatis, quam speciei, & tam pia, quam pro-
fana, & legatarijs soluenda pro rata, tenent Escob.
de ration. comput. 10. à num. 9. Olea de cess. jur. & act.
tit. 4. quest. 5. à num. 3. ea tamen distinctione, quod
si testator sit ascendens, infra tertiam tantum fiat
diminutio, legitima illæsa remanente; si vero sit
extraneus, totum, & integrum patrimonium satis-
factioni subjectum sit, & respectu illius legata pro
rata

rata diminuētur, ut per supra dictum à n. 14. & si aliqua onera ipsis legatis imposita sint, diminuto legato, onus etiā pro rata diminuetur, vt n. 29. tenet idem per L. maritum 21. l. 1. ad legem Falcid. cum alijs juribus.

Limitantur tamen supra dicta in legato pro exoneranda conscientia, vt in restitutione male ablatorum, vel similibus, & in legato dotis, si filiae & non extraneæ relinquatur; quia hæc legata cum alijs ad diminutionem non concurrent, imo integra dum patrimonium aut tertiam non excedant, soluenda sunt, vt ipse sentit cum Surd. de alimentois. Castil. & alijs à nmm 20. & si aliquid amplius de materia desideres, videbis per d. Olea. hac resolut. & per Escobard. comput.

DE DIGNITATE ET præminentia muneris.

¶ 15.

SVpposito quod vt supra hoc cap. num. 1. diximus Prouisores fidei-comissarios dictos fuisse; sciendum est præturam magnam in se continuisse dignitatem, & ad eam promoueri non potuisse, nisi clarissimos viros vt habetur in L. i. C. de Prætoribus, & honor. hacque dignitate, & præminentia debere nunc Prouisores potiri, & eadē qua potiuntur Præsides Prouinciarum, vt vult Carualho in c. Rainaldus de testamētis p. 1. n. 4267. vbi eas dictis Præsidibus æqui-

H iiiij parat.

parat, & ut ipsi per actionem nouam cognoscunt
in locis Prouinciae ubi adsunt, ita nostri Prouiso-
res ad eos quæ a Iudicibus pupillorum supplicatur,
& ab electionibus receptatorum gabellarum, juxta
nostram L. tit. 62. §. 78. Attamen quando cum
Præsidibus super dignitate, aut præminentia con-
tendunt, ut in Regijs processionibus, aut in Ca-
meræ sedilibus, semper illis cedunt; ut per varias
sacri Palatij resolutiones determinatum extat, ex eo
quia principalis prætura in dictis Præsidibus, con-
sideratur, & ad instar eorum est illa quæ Prætori-
bus fidei-comissarijs postea data fuit, ut colligitur
ex text. in L. 2. q. capta ff. de origin. jur. iunct. d. lib.
2. q. deinde Cornelius, quem locum vero in Ca-
mera habere debeant, quando aliquod negotium
regium ibi Prouisores peracturi sunt, aliquando in-
ter eos, & Iudices foraneos controuersum fuit, &
semper obtinuit, quod sicut Præsides, primum lo-
cum obtinerent. In processionibus autem regijs
differentia facienda mihi videtur; nam si proce-
ssiones sunt ex illis, quas hujus Regni Cameræ fa-
cere solent, ut die D. Sebastiani, Resurrectionis Do-
mini Nostri Iesu Christi; & similium, in istis quâ-
uis Regiæ sint, nullum derigore locum habere de-
bent Prouisores, nec etiam Præsides, licet de vr-
banitate eis primus concedi possit, & soleat; ra-
tio est, quia in illis corum assistentia non est neces-
saria, & corpus Cameræ sufficit, sin vero regia
pro-

processio fiat Regis jussu in gratiarum actiones, vel in quid simile, & assistentia in dicto actu regijs ministris commendetur, tunc dictus primus locus supra dictis dari debet.

An autem dicti Proviseores ab Uniuersitatis Comitatus nimbriensis conseruatoribus praecedunt, manus dubium continet, ex eo, quia hi vocantur *De Jembargo del Reynoso Senhor*, & votum habent in Senatu, per Ord. lib. I. tit. 6. in principio cum sequentibus. Verumtamen cum sint magistratus donatarii, & ab eodem donatario presentati, quamvis a Rege electi, & nominati, videtur quod Regis magistratus praecedere non debent, in quibus major dignitas, & splendor consideratur, ex eo quia Principem immediate representant, & conservatores mediante donatario, ex qua representatione dignitas potius, quam ex ipsa jurisdictione prouenit, secundum Grat. forens. tom. I. cap. III. an. 69. & ex eo quia majorem habet jurisdictionem, & major jurisdictione majorem arguit dignitatem, & praeminentiam. *Afflictis in cap. I. sub. num. 8.* quis dicatur Dux, Comes, &c. Rota in nou. decis. 4. ad medium de elect. & alij quos citat d. Grat. sup. num. 76. Et si replicetur quod ab ipso Rege dati sint, quia confirmans de nouo dare videtur, & actus confirmationis ab ipso confirmante denominantur, ex Reinos. obs. 8. num. 48. Larrea disp. 41. num. 1. Respondetur cum eodem Larrea allegat. 73. qui dicit quod

quod confirmans nihil de nouo dat, sed datum
 confirmat, & cum Carualbo supra d. part. I. n. 431.
 dum asserit quod nobilitas non adeo splendescit
 in illis, prout in electis principi liter per Principem,
 & deinde quod non attenditur tantum ad electio-
 nem, & nominationem muneris, quantum ad ju-
 risdictionem cui inest authoritas, & dignitas,
 & ad exercitium illius; & cum Conseruatoris juris-
 dictio, quamvis Regia censeatur, ut emanans à
 Principe, sicut à fonte, *Masc. decis.* 1054. num. 2. &
 penes quem omnes jurisdictiones resident ex *Ord.*
lib. 2. *tit.* 45. *Cab. decis.* 15. num. 2. cum multis, ta-
 men cum donatario concessa sit, & inter suos sub-
 ditos exerceatur, Regiaque tantummodo quoad
 vtilem usum, illas præminentias, quæ Regiae dire-
 cte insunt, habere non debet; si hoc discrimen, &
 & iurgium ex dictis à Gratiano *sup. num.* 85 componi
 potest in hac forma, nempe, quod in actibus
 Universitati pertinentibus præcedat Conseruator,
 in omnibus alijs Provisor, si quidem etiam inter
 Præsidem, & Conseruatorem resolutum fuit, &
 ita obseruatur.



CAPVT SECUNDVM.

De Executore testamenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Executoris testamenti officium voluntarium est, & ideo ad illud suscipiendum nemo cogitur.
- 2 Officium acceptatum dicitur quando quis actum aliquem ipsi concernentem facit.
- 3 Tutellam ad suscipiendam quamvis consanguineus cogatur, ad testamentariam vero non.
- Ibid. Limitantur in coniuncto, & amico presente, & tacente, & quoad piam causam.
- 4 Executorum quot sint species.
- 5 Executor uniuscuiusque heres dicitur, quando ad pias causas nullo herede nominato instituitur.
- 6 Officium executoris ad heredes non transmittitur
- Ibid. Limitatur, & ampliatur.
- 7 Executorum alia species, & eorum potestas, & differentia.
- 8 Executor testamenti potest omnis nominari.
- Ibid. Limitatur haec regula in varijs personis.
- 9 An nominatis fratribus testatoris, nominata censeatur etiam soror ejus.
- 10 Si plures executores nominentur, quomodo se habere debeant.

- 11 Et quomodo si unusquisque in solidum.
- 12 Et an legatum pluribus relictum, si rationes reddiderint, uno non reddente, accrescat ejus portio alijs.
- 13 Voluntas testatoris à qua pender executoris potestas, omnino seruari debet.
- Ibid. Executio testamenti non procedit nisi post aditam hæreditatem.
- Ibid. Executoris arbitrio commissum, boni viri arbitrio commissum intelligitur.
- 14 Limitatur executoris potestas in aliquibus casibus.
- 15 Actio quæ detur mero, vel mixto executori contra heredes, & debitores hæreditatis.
- 16 Coram quo Iudice, quo loco, & an coram Ecclesiastico, vel seculari, sit agendum.
- 17 Rationes quas Promisor uno loco incepit, in alio finire potest, si executoris dolo protelantur.
- 18 De voluntate quando constat, à verbis recedendum non est.
- Ibid. Sine verbis deduci non potest, & verba naturaliter, non ciuiliter intelligenda sunt.
- 19 Verbis quantumvis improprijs standum est, si de voluntate constat.
- 20 Executor celeriter adimplere debet voluntatem, quod intelligitur post aditam hæreditatem.
- Ibid. Limitatur, & ampliatur in aliquibus casibus.
- 21 Legatum generice relictum, de minori re intelligi debet, nisi ad pias causas.
- 22 Legatum certa die relictum, in ipsa prestari debet.

- 23 Relictum tali anno, in fine illius debetur, sed stipendium in principio.
- 24 Orphano relictum, de eo qui patre caret intelligendū.
- 25 Pro virginibus orphanis maritandis, non solum intelligitur de illis, quae patre carent, sed de ijs, quae eos inutiles habent.
- 26 Puellis maritandis, non solum ijs quae dotem non habent, sed illis quae non sufficientem.
- 27 Et etiam jam nuptis pauperibus potest dari.
- 28 Et etiam viduis.
- 29 Quis dicatur pauper, relinquitur boni viri arbitrio.
- 30 An relictum maritandis, possit dari Monasterium ingredientibus.
- 31 Et si relinquantur ducenta si nupserit, & centum si Monialis sit, quod debentur ducenta.
- 32 Pauperiores nisi sint consanguinei, non teneatur Executor eligere.
- 33 Executor pauper, potest sibi partem eleemosinæ applicare.
- Ibid. Etiam pauperibus relictum potest pauperi Ecclesiae, vel Hospitali applicari, quod limitatur, & de materia aliqua remissive.
- 34 Legatum pium si caducat, in aliam piam causam conuertitur, & idem, si persona secreta, hæredi, vel Executori nominatae, non recordetur hæres.
- 35 Restitutio male ablatorum potest ab Executore secundum suam conscientiam fieri, secus si res jam in judicio deductas sit.

- 36 Legata diminuuntur si hereditas non sufficit, & quando plura relinquuntur, quæ preferenda, & quomodo computatio facienda.
- 37 Relictum creditor i cum debito compensatur.
- Ibid. Famulo in dubio cum seruitijs.
- 38 Relicta in testamento nullo ob præteritionem filij, vel exhaeredationem debentur.
- 39 Relictum à marito, & vxore post mortem utriusque mortuo uno tantum, non debetur pars legati.
- Ibid. Relictum à clero concubinae, an, & quando valeat remissio.
- 40 In legato omnium mobilium quæ continantur.
- 41 Legata domū, ut quod minoris ducenta valeat suppleat hæres, si plus valeat domus, debetur, & non ducenta.
- 42 Legatum uxori relictum dum caste vixerit pro primo anno purum est, pro alijs conditionale &c.
- 43 Legatum via ordinaria peti debet, si hæres dubiam præstationem fecerit.
- 44 Legatum rei alienæ scienter valet, secus si ignoranter.
- 45 Legata domū, si testator, eam in vita sua voluntarie vendat adempta censetur.
- 46 Si testator jubeat Confessario, vel alicui probæ persona aliquid dari quod ipsa dixerit, valebit legatum.
- 47 Et si legavit Petro quid ad distribuendum, an ad ejus hæredes transeat legatum.
- 48 Legatum pium quod eo modo quo testator voluit non potest impleri, expenditur in aliud pium.
- 49 Legatum pauperibus, aut orphanis relictum certo tempore

pore èrogandum, potest præueniri, si tempus in fa-
uorem hæredis, aut pro forma adjectum non sit.

50 Inuentarium non tenetur confidere Executor, nisi pro
ratione danda.

Ibid. Ampliatur, et limitatur.

Ibid. An clericus inuentarîum confidere debeat coram Ju-
dice seculari.

Ibid. Quid de testamento clerici remissive.

Ibid. Inuentarium conficiens Executor, non tenetur ultra
vires.

51 An satis dare teneatur Executor.

52 Annus ad implementum testamenti designatus non pro-
cedit à jure communi.

Ibid. Piorum implemento nullum tempus datur, sed ar-
bitrio relinquitur.

Ibid. Si res aliqua, vel species ad pios usus relinquitur,
sex dantur menses.

Ibid. Annus hic intelligitur regulariter ab adita hæredi-
tate.

53 Legis nostræ dispositio non tollit quod legatum via or-
dinaria petatur.

54 An annus hic currat ignorantibus executoribus.

55 An dictus annus incipere debeat ab adita hæreditate an
ab acceptatione officij.

Ibid. Executores ante aditam hæreditatem nullam pot-
estatem habent.

56 An in relictis sub conditione, vel ad diem, impleta con-
ditione statim debeat Executor testamentum adim-

- plerē, an incipiat annus à dicto implemento conditio-
nis, vel die.
- 57 An impedito currat dictum tempus.
Ibid. Impedito regulariter non currit tempus.
Ibid. Limitatur in eo, qui ad superiorē recurrere potuit.
- 58 Ordinatio nostra hoc iit. 62. §. 2. conciliatur cum alia in
Regimine Senatorum Sacri Palati fol. 296. §. 171.
- 59 Executor qui intra tempus non implet testamentum,
amittit officium, & emolumentum.
Ibid. An negligens dicatur qui nondum bona in sua potestate
habet.
- 60 Quid dicendum, quando Executor intra terminum
vult reddere rationes.
Ibid. Fauori suo potest unusquisque renuntiare.
Ibid. Ius suum renuntianti, amplius non datur regressus.
- 61 Renuntiatio proprij juris in dubio non præsumitur.
Ibid. Facta in alicujus commodū, non debent contrarium
effectum operari.
- 62 Lex penalis est stricta, & nec à majoritate rationis
extendi potest.
Ibid. Renuntiatio quælibet in fauorem renuntiantis, de-
clarari debet.
- Ibid. Nunquam præsumitur, si alia conjectura sumi po-
test, & ut minus renuntiati laedat, intelligenda est.
- 63 An Executor cui nullum emolumentum relictum fuit,
salarium habere possit, & sequentib.
Ibid. Et quale debeat esse salarium remissive.
- 64 Salarium quod Proviſores ex rationibus testamentorū
ha-

babere debeant, ubi datur residuum valde controversum
Ibid. Et quid si de formalitate legis aliquid deficiat.
65 Pro affirmativa adducitur Epistola Doctoris Thomae
Pinheiro remissione.

66 Et placitum Doctoris Ioannis Pinheiro, cum ejus fundamen-

67 Gerundij verba conditionem important, & conditio
in forma specifica adimpleri debet.

Ibid. Verbum omne implementum, omnimodum im-
plementum requirit.

Ibid. Implementum non dicitur, quando aliquid imple-
dum deest, & plenum est illud tantum, cui nihil
addi potest, & sine aliqua diminutione existit.

68 Actum non dicitur quando aliquid supereft agendum.

Ibid. Individua dicitur executio voluntatis natura sua.

Ibid. Individuaque est ex voluntate disponentis.

69 Diploma Regis Ioannis III. circa salario trascribitur

70 Voluntatum ultimarum implementum Reipublicæ in-
terest.

Ibid. Testator si voluisse expressisset.

71 Pœna non implete voluntatis capiuis tantum applicata.

Ibid. Leges secundum rubricam suam sunt intelligenda.

72 Salarium Provisoribus datum in implemento testamen-
torum, non fuit in pœnam, sed pro laboris mercede.

Ibid. Lex una per aliam declaratur, & suppletur.

Ibid. Lex nostra ab ipsam, & non ab Imperatorijs le-
gibus interpretationem recipit.

74 Impleta voluntate in totum, si aliquid de forma parum

- considerabile deficiat non attenditur.
- Ibid. Merces non datur ubi nullus labor interuenit.
- 74 Lex fraudibus viam aperire non debet.
- Ibid. Legis mens magis, quam verba ipsius attendi debet.
- Ibid. Legis ratione cessante, lex ipsa cessare debet.
- 75 | Responso ad epistolam Doctoris Thomae Pinheiro, & sequentib.
- Ibid. Responso ad placitum Doctoris Ioannis Pinheiro, & sequent.
- Ibid. Voluntas testatoris individua est, nullamque diuisionem recipit.
- Ibid. Defunctus non potest pro parte representari, & pro parte non.
- Ibid. Dispositiones tot eße intelliguntur, quot sunt res vel summae.
- 76 Respondeatur primo fundamento quod salarium datum pro mercede, impleto testamento non debetur, & etiam respondeatur secundo remissive.
- 77 Et quod nihil importat copularia &c.
- 78 Respondeatur tertio quod verbum, omne, non refertur implemento testamenti, sed bonis nondum, vel male expensis.
- 79 Res si dividuae sunt, facta etiam diuisionem patiuntur cum quo quarto etiam fundamento respondeatur.
- 80 Respondeatur quinto, sumpto ex diplomate Regis Ioannis IIII quod dictum diploma de testamentis non loquitur &c.

Ibid. Lex correctoria juris cōmuniſ, ad alios caſus exten-
di nequit.

81 Aliud fundamen tum ſuppoſitum adducitur quod refu-
tatur.

82 Et aliud etiam ſuppoſitum quod eodem modo refellitur.
Ibid. Liquidum eſt illud quod à mixto, & inuoluto ſe pa-
ratur.

83 Vera reſolutio eſt, quod de non impleto tantum Pro-
uifori ſalarium debeatur.

Ibid. Ethac conſirmatur regimime Syndicantium.

84 ſalarium quod habere debeat Prouifor quando teſta-
men tum eſt perfe ctē adimpleum.

85 Refertur caſus nouus in Senatu decisus, an poſſit Pro-
curator reſiduorum hujus Ciuitatis appellaſionem
interpoſitam ab alio Procuratore Prouinciali, abſque
eius mandato ex officio ſuo prosequi, & de jure
contraria à deſtiſione Senatus reſolutio verior videtur.

Ibid. Iurifdictiones in hoc Regno ita diuersae, & diſtinctae
ſunt, ut nemo valide in alterius iurifdictione, ſeu
officio intromittere ſe valeat.

EXECUTORIS OFFICIVM voluntarium eſt.

q. I.

Executoris testamenti officium voluntarium,
& non neceſſariū eſſe cum multis tenet Glos-
ſator Barb. ad principium noſtrā Ordinationis in 1. tit. 62.

K &

60

- 1 & ad instar mandati se habet; ideo nemo ad illud suscipiendum cogi potest, nisi prius expresse, vel tacite ipsum acceptet. *Glos.* verbo mandatum in cap. mandatum de testam. vbi *Abbas* num. 3. *Molin.* de just. *et* jur. tom. 1. tract. 2. disp. 248 num. 3. *Reinoz.* obs. 55. num. 21. *Themist.* tom. 1. decis. 62. num. 6. *Diana* resolut. moral. 4. part. tract. 4. resolut. 162. *Giurb.* de statut. cap. 2. *glos.* 10. num. 28. qui hanc resolutionē declarat num. 29. *et* à num. 31. *Balihazar Thomaz* de execut. ultimar. volunt. tract 1. tit. 7. cap. 1. à num. 1. qui pro vtraque parte opiniones allegat, & per limitationes, & sublimitationes materiam explanat.
- 2 Quapropter practici Prouisores si eis non constat quod acceptatum sit officium ab Executore, antequam de expungēdis rationibus agant, terminum per ipsum signatum facere jubent, in quo declareret quod testamentariam illam acceptat; & aduentendum, quod tunc tacite dictum officium acceptasse dicitur, quando aliquem actum testamentariæ concernentem fecit, ex quo mandati acceptatio præsumatur, ut per *Mol.* sup. d. disput. 248. num. 3. *Dian.* tratt. 5. resol. 27. in fin. princip. p. 8. *Carp.* de execut. test. lib. 1. c. 17.

QVOMODO EFFICIATVR
necessarium.

2. 2.

ET in tantum procedit supra dicta resolutio, ut neque consanguineus qui ad tutelam suscipiendam cogi potest, ex Ord. in 4. tit. 102. q. 1. ad testamentariam cogi debet. Sarmient. select. lib. 8. super L. 1 ff. de legat. 2. num. 12. Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 4. dub. 42. num. 5. Verumtamen si dictus consanguineus testatoris, quando nominatus fuit, praesens fuit, & tacuit, ex taciturnitate juncta consanguinitati, testam̄ etariam acceptasse tenent scribentes, per texti. in L. si filius 18. ff. ad Maced. Cou. in cap. tua num. 4. de testam. Dian. sup. d. resolut. 27. q. verum licet, P. Mol. d. disp. 248. num. 3. in fin. idem ampliantes ad amicum; & ad illum qui praesens, & tacens nominatus fuit ad aliquam piam causam exequendam; nam taciturnitas cum pia causa idem operatur, quod cum consanguinitate Carp. d. cap. 17. à num. 27. Diana d. resolut. §. limitatur. Sanchez sup. num. 8.

DE EXECUTORVM SPECIEBVIS

d. 3.

4 **E**xecutor testamentarius legitimus, aut datiuus est ; testamentarius dicitur ille, qui à testatore nominatus fuit *Thom. tract. 1. tit. 6. cap. 1.* lex enim est voluntas testatoris *auth. de nuptijs & disponat col. 4. Valasc. conf. 108. num. 2. Surd. lib. 1. decis. 62. n. 6. & 149. n. 22.* Legitimus, qui à jure constitutus, ut Episcopus, & Iudex laicus *Thom. de execut. ultim. tract. 2. per totum*, vbi de materia, & quæ jura isti executoriali competant ; datiuus ille qui ad perficiendam testatoris voluntatem nominatur à Iudice, secundum aliorum Doctorum opinionem *Thomas tract. 3. tit. 1. cap. 1. cum titulis, & capitibus sequentib.* vbi de materia. Iterum, aut Executor est vniuersalis, aut particularis ; vniuersalis est ille, cui dispositio bonorum defuncti, nullo dato hærede, vel ab intestato vocato cōmissa fuit, vel qui anima hærede instituta nominatus. Particularis, qui instituto hærede, vel ab intestato decedente defuncto, ad aliquem actum, rem, vel actionem designatus, ut explicat cum multis *Carpus de execut. testam. lib. 1. cap. 1. per totum Dian. sup. part. 8. tract. 5. resol. 1. Balt. Thomas. de execut. ult. tract. 1. tit. 6. cap. 1. à num. 4.*

DE EXECVTORE VNIVERSALI.

2. 21

HVnc autem Executorem vniuersalem hæreditis loco habendum, si nullus in testamento institutus inueniatur hæres, licet vulgariter dicatur, de jure tamen verum non est; executor namque solum tunc hæreditis vicem gerit, quando à testatore piæ causæ cōmittuntur, vel anima defuncti hæres isti tuitur, ita *Barb. in L. centurio num. 21. ff. de vulg. & pupil. & ibi Alex.* qui dicit cōmune Reinos. obs. 55. num. 10. qui plures allegat *Mendez lib. 1. c. 3. à num. 21. Valasc. conf. 165. Merlin. controu. cent. c. 25. num. 6. & idem Valasc. conf. 68.*

OFFICIVM EXECVTORVM,
an transmittatur?

§. 5.

Officium hoc Executoris ad hæredes transmitti non potest, secundum *Glos. in L. tutel. glos. in cap. fin. §. sanc. verb. mortuo, de testam. lib. 6. Reinos. d. obs. 55. num. 16. Themud. 1. p. decis. 62. n. 8.* neque delegari, aut cōmitti, neque adimpleri testatoris voluntas; quia in eo censetur industria personæ electæ; potest tamen Executor quidquid certū, & determinatum, aut certo loco faciendum, vel

K iij per

per se ipsum inch'atum suis hæredibus , & alijs
committere, Ita Merlin. controuers. cent. 1. cap. 84.
Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 41. Carp:
de execut. test. lib. 1. cap. 18. per totum, vbi aliquos ca-
sus ponit , & distinguit in quibus executor potest,
& non potest munus suum alteri committere, quos
Dian. sup. part. 8. tract. 5. resolut. 26. q. sed circa sum-
matim enumerat, & *Balth. Thom.* de executoribus vlt.
volunt. tract. 4. tit. 13. cap. 1. per totum , vbi aliquas
limitationes inuenies, nempe, si de testatoris men-
te constet fauore transmissionis officij ; si executor
mixtus sit , si datus sub nomine dignitatis , puta
Prior talis Conuentus, si re non integra decesser-
rit, vt supra, si vt legatarius datus sit , si tale offi-
cium executori competit sub aliqua obligatione
tale onus continentे; & vnam tantam amplia-
nem, scilicet nec ad successorem Prælati posse trá-
sire, præsertim si conjuncta persona esset, secus si
nomine dignitatis, vt supra.

DE ALIA SPECIE EXECUTORVM.

q. 6.

Executor insuper , aut est merus, aut mixtus,
merus est qui ex dispositione defuncti nul-
lum cōmodum reportat, vel illud pro labore ex-
ecutionis percipit *Pretis* vlt. vol. lib. 5. dubit. 2. num.
41. pag. 18. *Rota* decif. 425. part. 1. recentis & alijs de
quibus

quibus d. Thom. tract. 1. tit. 6. cap. 1. num. 6. Mixtus est ille qui aliquid ex dispositione defuncti recipit; nempe si vnum ex hæredibus executorem fecerit, vel ultra facti ministerium, si illi electionem personarum committat, quibus distribuenda sint legata, & similia, ut per d. Thom. sup. à num. 7. de quo vide Rota sup. d. decis. 425. & quæ dentur differentiæ inter merum, & mixtum, vide per d. Thom. d. tit. 6. cap. 2.

QVI EXECUTOR NOMINARI possit, vel non.

§. 7.

Executores testamenti nominari possunt omnes, qui expresse prohibiti non inueniantur argumento legis mutus de procurat. L. 1. de testib. Thom. cum pluribus tract. 1. tit. 4. cap. 1. num. 1. sed hæc regula limitatur, primò in muto, & surdo, qui Executores esse nequeunt Silvest. verb. testamentum 2. quest. 1. distinct. 5. Sanchez in opuscul. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 40. num. 12. nisi aliqualiter audiēte, aut nutu, vel literis intelligente; hunc namque ad negotia posse nominari, licet in judicio non admitatur, tenet d. Thom. sup. n. 48. cum Carp. de execut. memb. 2. à num. 42.

Secundò limitatur in seruo à non domino nominato, qui tantum ad ea quæ in facto consistunt,

&

& extra judicium explicari possunt, executores constitui possunt. Carp. de execut. vlt. lib. 1. cap. 13. n. 29. Thom. sup. à num. 30.

Tertiò in minore, nisi ad extra judicialia, in quorum executione non cadat cognitio, idem sup. à num. 40.

Quartò in damnatis, & banitis, nisi ad actum nudi ministerij, ut ad declarationem, vel executionem aliquam faciendam, idem à num. 33.

Quintò in excommunicato majori excommunicatione, qui tantum in extra judicialibus admititur, idem à num. 36.

Sextò, limita in militibus armatae militiae si eis opponatur, idem à num. 44.

Septimò, in furioso, & mente capto, nisi lucida habeat interualla, idem à num. 46.

Octauó, in debitore testatoris, qui executor dative non potest dari, idem à num. 54.

Nonó, limita in Religiosis claustralibus, nisi ad pias causas, idem à num. 22.

Decimó, in fratribus minoribus, nec de licentia sui Prælati, nisi ad electionem pauperum, idem à num. 28.

⁹ Alias limitationes, & ampliationes per ipsum, & Carp. sup. videre potest, & quomodo mulier potest esse executrix, & an nominatis testatoris fratribus executoribus comprehendatur in nominatione soror. In qua quæstione negatiuam partem tenet

tenet d. Thom. sup. Couarr. num. 8. affirmatiuam, & mihi veriorem sequitur Carp. de execut. testam. lib. I. cap. 7. num. 35. & Dian. part. 8. tract. 5. resol. 5. à §. 1. nam cum mulier prohibita non inueniatur, non video cur soror prohiberi possit, ultra alia fundamenta per supra dictos adducta.

DE PLVRIBVS EXECVTORIBVS.

l. 8.

Si plures Executores nominati fuerint, simul omnes executionem facere debent, & unus sine alio nihil exequi potest, & si unus solus procedat, vel citetur, nullus erit processus; si vero aliquis eorum moriatur, vel deficiat, per absentiam longissimam, aut aliud simile impedimentum, tunc superstites, vel cæteri exequi valebunt Grat. forens. cap. 812. à princip. & cap. 832. à num. 25. qui plures citat. At si æquales numero discordes sint, tunc aut ut tertium eligant, eos compellat Episcopus, vel Pronisor, termino ad id constituto; quo clapsi, si non concordent, ipse exequetur; aut illorum distributio valida erit, quam Episcopus, vel Pronisor confirmauerit; quod si inæquales numero sint, major pars præualebit, dummodo minor magis rationabilis, & defuncti voluntati conueniens non sit, & idem erit si duo tantū fuerint nominati, & insuper vide Giurb. de statut. c. 2 glof. 10. n. 6.

L DE

DE VNOQVOQVE EXECVTORE
in solidum.

v. 9.

SIn verò in solidum vnuſquisque nominatus sit, quilibet voluntatem defuncti exequi poterit, quæ omnia tenet d. Thom. d. tract. 1. tit. II. cap. 1. per totum, vbi reliqua de materia videri potest, & per Carp. de execut. testam. lib. 3. cap. 2. per totum. Dian. part. 8. tract. 1. resolut. 29. per totam, & vno, vel pluribus deficientibus, legati, vel emolumenti pro labore dati, deficientium portiones cæteris acrescere docet idem Thom. sup. num. 44. Bertachin. in repert. general. verbo execut. testam. vers. executoribus si legetur, & Valasc. conf. 46. si insimul & conjunctim relinquatur, per text in L. vnica vbi autem legatarijs de caducitat. tollend. si verò disjunctim, re, vel verbis, ad expositionem Bartol. in L. re conjunct. num. 12. de legat. 3. & Pichard. instit. de legat. §. si eadem à num. 89. recurrendum est An si legatum pluribus executoribus relinquatur, si rationes reddideriat resoluit cum Bald. Valas. dict. conf. 46. tantum redditibus rationes, & non alijs, qui non reddiderint, deberi; quamuis contrarium suadet decisio L. Julian. 8. ff. de condit. & dem. & regula quod portio conditionalis ob defectum conditionis deficiens non acrescit conjunctis

Etis L. vlt. 2. Sejoff. legat. 2. quia saluari potest superior resolutio, cum Gomez var. tit. de legat. num. 20. Cardos. verbo legatum n. 12. & 21. & Pichard. in 2. si eadem Instit. de legat. si collectiue coniunctim legatum est, nempe, executoribus lego centum, si rationes reddiderint, vel si executoribus disiunctis verbis vnicuique res legatur, vel relinquitur, per jus non decrescendi.

DE POTESTATE EXECUTORIS.

q. 6.

Potestas Executoris à voluntate, & dispositione testatoris pendet, quæ omnino seruari debet. L. i. s. si plures ff. exercit. action. Thom. cum multis sup. tit. 12. cap. 1. & ita ab Executore relatum, à testatore relatum videtur, idem sup. num. 23. cum Gom. Card. de legat. num. 54. ver. 5. ex quo inferatur, Surd. conf. 274. num. 28. sed hæc potestas executionem habere non potest, nisi post aditam hæreditatem, d. Thom. sup. num. 28. & d. Surd. num. 17. & si aliquid ei commissum fuerit ad distribuendum, vel faciendum, quo modo ipsis videbiiur, & placebit, & dicta potestate abuti non poterunt, sed boni viri arbitrio vii ea debebunt, & idem si ejus conscientiæ aut discretioni facta sit cōmissio, d. Thom. sup. num. 20. & num. 29. cum Mantic. de vlt. vol. lib. 8. tit. 5. num. 8. & Paris. lib. 3. conf. 45.

Lij

13

à

à num. 16. secus vero si commissum sit per verba, quomodo voluerit, & libuerit; hæc enim liberam denotat voluntatem, & potestatem distribuendi, d. Thom. num. 21. Paris. lib. 4. conf. 26. à num. 26. Limitatur etiam dicta potestas, primo, ut non extendatur ad legata, cuius executio à lege facta fuit, Thom. sup. num. 33. Limita secundò, in illicitis, ac tertio præjudicialibus num. 27. Limita tertìo, in soluendo pro damnis datis primo venientibus, quia id asque cautione facere nequibit, num. 35. & denique alias limitationes, & ampliationes, & reliqua de materia videre potest, per d. tit. 12. cap. 1. cum sequentibus.

QVÆ ACTIO DETVR Executori, & contra eum.

§. 11.

QVAM actionem habeant Executores ad executionem ultimæ voluntatis faciendam, nunc succedit, & mixtum Executorum actionem ex testamento contra hæredem, & hæreditarios debitores; merum vero officium Iudicis implorare debere contra dictum hæredem, & bonorum possessorem in legatis non pijs; in pijs autem, & alimentorum actionem habere, tenet d. Thom. d. tract. 1. tit. 12. cap. 4. pertot. ubi contrarias, & communes opiniones, & varias ampliationes inuenies, & videre

dere poteris, etiam per Cou. in cap. Ioann. num. 5. de
testam. Vala sc. conf. 68. n. 6. Cras. de execut. vlt. vol. quast.
8. Surd. de alim prælud. 32. Grat. discept. cap. 812. n. 23.

Deinde coram quo Iudice agere, & conuenit 19
debeant, & quo loco, & coram Episcopo, vel Vi-
cario, & Iudice seculari, alias Prouisore, seruato con-
cordiæ tempore, docet idem Thom. sup. cap. 7. sed
aduertendum, quod Executor in aliquo degens lo-
co, illic rationes reddere non tenetur, quando ibi-
dem mortuus non fuit testator, vel alibi domiciliū
habebat, ut judicatum refert Pereir. de man. Reg. part.
1. cap. 16. num. 39. & è conuerso, si testator domiçiliū
habuit Conimbricæ, & se sepeliri jussit Vlyssipone,
à Prouisore Vlyssiponensi citari non potest, ut ibi
rationes reddat, ut etiā judicatum dicit d. Pereir. sup. n. 40

Sive rō Executor alibi commoretur, poterit ci-
tari ad rationes reddendas, vbi officium suscepit,
quia administrationis ergo ibi forū sortitur, ad hoc
ut ibi citari queat, Ord. 3. tit. 11. l. 13. Barb. in L. b. res ab-
fens §. 1. à n. 1 ff. de Iudic. & Pereir. sup. d. n. 4 vers. alter est 17
casus; quando autem Prouisor in uno loco rationes
incepit, & dolo, ac subterfugij s Executoris protelan-
tur, ne ex sua malitia commodum reportet, ad alium
lo ī trahi poterit ad hoc ut ibi absolvantur argumē-
ta, Ord. lib. 1. tit. 58. l. 24. & secundum Pereir. d. n. 4. &
de actione legitimis Executoribus competente, vide
per d. Thom. sup. tract. 1. tit. 4. cap. 1. & de ejus potestate
in extra judicialibus tit. seq.

DE VOLVNTATE TESTATORIS.

§. 12.

18 **C**Vm omnia hujus officij Executoris procedant ex voluntate testatoris, scire debemus quod voluntas deducitur, vel ex verbis, vel ex conjecturis, & quando de expressa defuncti voluntate constat, tunc à verbis recedendum non est, *L. non aliter ff. legat. 3. Castilh. tom. 4. cap. 10. à num. 5. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 5. num. 6. Peregr. de fidei-com. art. 11. à princip. sed voluntas hæc sine verbis deduci non potest. Donel. in L. 3. ff. de reb. dub. nec si verba non conueniunt, cum voluntas sine verbis non operetur, *L. Gallus q. quidem recte, ibi quæ ex verbis consequi possit, ff. de liber. & posth. & verba ad deducendam voluntatem naturaliter, & non ciuiliter intelligi debent. Mantic. sup. tit. 4. num. 15. Barb. in L. 1. part. 3. num. 21. ff. de solut. matr. Alfan. qui multos citat collect. 987.**

19 à proprietateque verborum recedere non licet, nisi de contraria testatoris voluntate constiterit, qua cognita, si verba insimul quantumvis impropria reperiantur, prædictæ voluntati standum est, *juxta L. quoniam indignum C. de testam. si vero de ea non constiterit, proprietati verborum adhaereri deberet, juxta d. L. non aliter de legat. 3. Mantic. sup. tit. 2 à num. 3. Peregr. d. art. 11. à num. 2. & à num. 33. at vero*

veró, quando in verbis non est ambiguitas, voluntatis quæstio locum non habet. L. ille, aut ille
25. l. i. ff. de legat. 3. Spino de testam. Glos. i. num. 25.
Mantic. sup. tit. 4. num. 8.

LEGATA QVOMODO EXEQVI debeant.

q. 13.

Legata, & reliqua in dispositione contenta 20
tenetur Executor, absque vlla contentione
exequi, & adimplere, Thom. de execut. vlt. tract. 1.
tit. 12. cap. 3. num. 45. cum pluribus; quod intelligi
debet post aditam hæreditatem; nam ante adi-
tionem, nullam Executor potestatem habet, Pret.
de vlt. vol. lib. 5. dub. 3. num. 18. pag. 28. ubi subdit
quod si Executor sit hæres, & repudiauerit hære-
ditatem, non dicatur amplius Executor, & idem
tradit, Surd. conf. 274. num. 10. Con. cap. 3. à num. 1.
Thom. qui alias refert sup. tit. 10. cap. 8. & potest
hæredem ad aditionem compellere, etiamsi hære-
ditas abintestato deberet adiri, idem sup. num. 5.
d. Surd. num. 28. Pretis sup. num. 20.

Limita primò non procedere dictam resolutio-
nem, quando illud quod distribuendum est, non
requirit hæreditatis aditionem, vel eam præcedere
debet, vt sunt exequiae. Bald. conf. 456. num. 2. lib.
4. idem Thom. sup. à n. 52. Limita secundò, quando
peri-

periculum est in mora, ut ablatorum, & usuratorum restitutio, idem num. 54. Pretis sup. num. 18. Limita tertio, in relictis ad pias causas, L. si quis sepulchrum, ff. de relig. & jumpt. fun. Tiraq in tract. le mort saifit. le vif part. 7. declarat. 5. num. 7. Pretis sup. num. 21. cum alijs quos laudat d. Thom. num. 59. quam limitationem ampliabis, & si consanguinei testatoris testamentum nullum dicant; nam pendente super nullitate judicio, pro dictis pijs Executoribus prouideri debet, ut judicatum refert Rebuf. de sentent. promiss. num. 70. Legatarij vero de restituendo cauebunt, ut per d. Rebuf. num. 71. Ricciū. collect. decij. 269. num. 7. idem Thom. sup. tit. 12. cap. 3. num. 46. & nota quod negligente, vel differente Executore, pias exequi causas, posse legatarios agere, per text. in L. si pluribus de legat 1. Ruin. conf. 435. n. 26. & d. Thom. sup. num 35. Aduerte etiam, quod quando pro dilatione, adeat mēs testatoris, vel tempus est datum executioni, vel ipsa placito Executoris commissa, posse Executorem eam differre, ut tenet idem Thom. sup. à num. 54. & à num. 60. per quem alias ampliationes, & limitaciones potest prosequi numeris sequentibus, & in iii. 14. cap. 1. per tot. & aduerte deinde, quod legatarij ad confectionem inuentarij citari debet, ex Valase. conf. 51. num. 21.

COMMVNIA DE LEGATIS.

2. 14.

VT legatorum frequentius occurrentium ali-
quam notitiam succinctam Prouisori præste-
mus. Nota primò , quod quando legatum relin-
quitur generice, semper de minori re debet intel-
ligi , nisi pro causa pia efficiatur , quia tunc secus,
per text.in L. Tuius s. fin. vbi DD. ff. de auro, & arg.
legat. dummodo testatoris paupertas non obstat, ut
obseruat. Mantic. de conject. vlt. vol. lib. 6. tit. 4. n.
17. Vide Riccium par. 2. decis. 84. Genuens. in pra-
cticab. Eccles. 8. quæst. 133. num. 5.

Nota secundò , quod legatum relictum certa die 22
præstandum, ante illam præstari non debere; qua-
propter elemosinæ certis relictæ diebus , in ipsis
erogandæ sunt, ut tenet Ioan. Bap. de Thoro in sin-
gulari piarum caus. priuileg. 2. vbi de optima distin-
ctione testatur Dian. part. 3. tract. 6. resol. 29. 2. 1.
legatum.

Nota tertio, quod licet legatum tali anno reli-
ctum, in fine anni debeatur, per text. in L. in singu-
los 8. vers. illud ff. de annuis legat. & in L. nec semel
in princip. ff. quando dies, legat quos citat Valasc. de
part. cap. 36. num. 16. quod de annuis legatis , &
non de legato tali anno relicto intelligendum est,
secundum ex dictis juribus deducitur, & ex Glos.

M in

in d. L. qui hoc anno dicto verbo. Attamen si sit causæ
piæ relictum in principio anni debebitur, per text.
in L. si ita fuerit libertas ff. de manu miss. testam. Gom.
in L. 36. Taur. num. 2. vers. 11. de Thoro in d. summ.
sup. Dian. d. resolut. vers. 2. licet Tiraq de pia caus.
privil. 22. fructusque dicti legati debebuntur lega-
tario à die mortis testatoris, secundum Giurb. decis.
97. à num. 13. ubi aliqua de materia.

24 Quartó, quod legatum orphano relictum debet
intelligi de eo qui patre caret, quamvis matrem
habeat, Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 2. dub. 63.
num. 4. Grat. for. lib. 4. cap. 666. Petr. Gregor. sintag.
jur. part. 2. lib. 2. cap. 11. num. 5.

25 Quintó, legatum pro orphanis, puellis maritan-
dis, non solum ijs, quæ patre carent tribui posse,
sed illis quæ parentes pauperes, & inutiles habent,
tenet Lara de annivers. lib. 1. cap. 21. quem sequitur
Dian. part. 2. tract. 16. resol. 52. q. sed circa vers. 3. le-
gatum; & ita practicari dicit, quamvis contrarium
teneat Sanch. sup. dub. 13. num. 2. quod temperan-
dum est, quando non concurrunt cum illis, quæ
sunt parentibus veré orbatæ, quia istæ preferri de-
bent, ut per d. Dian. sup.

26 Sextó, quod legatum puellis maritandis debe-
tur etiam eis, quæ aliquam dotem habent, sed non
sufficientem, secundum ipsarum statum, Nouarius
in quest. forens. quest. 125. num. 6. Dian. sup.

Septimó, quod legatum pro puellis maritandis
potest

potest dari puellæ jam nuptæ, tenet d. *Nouar. sup.*
Dian. part. 3. tract. 6. resol. 29. q. 7. legatum: sed San-
chez dicit, quod hoc procedit quando pro dotan-
dis, & non maritandis relinquitur de matrim. lib. 7.
disp. 91. num. 63. cætera de materia hujus limitatio-
nis, & precedentis, vide per supra relatos, & nota
quod hæc legata commutari nequeunt, vt per d.
Dian. d. resol. 52.

Octauo, quod legatum pro fœminis maritandis 28
debetur etiam viduis secus si pro virginibus, & si
nullæ sint puellæ nobiles, tunc dictis viduis com-
petat, *Sanchez sup. disp. 91. num. 56. præcipue si ma-*
trimonium non consumarunt.

Nono, quod vt quis dicatur pauper, relinquitur 29
boni viti arbitrio, *Glos. in auth. præterea C. vnde vir.*
Couarr. pract. cap. 6. num. 3. Grat. tom. 1. cap. 120. n
9. & pauper dicitur qui commode viuere non po-
test secundum illius qualitatem, *Bald. in L. si quis*
ad declarandam col. 2. vers. circa tertium C. Episcop. &
Cleric. Dian. part. 2. tract. 15. resol. 8. q. ex his appa-
ret, cum alijs.

Decimo, quod si legatum relinquatur, aut ali-
quæ fœminæ maritentur, quod tale legatum con-
sequi possit puella, quæ Monasterium ingredi ve-
lit, & hoc tam dictum legatum personæ particu-
lari sit relictum, quam generaliter pro fœminis ma-
ritandis, ita tenet, *Basilius Pontius de matr lib. 3. cap.*
7. num. 11. qui communem inter Theologos Sal-

manticenses dicit Ochagavia de sacrament. tract. i.
de matr. quæst. 15. num. 17. qui eam etiam in foro
contentioso laudat, Dian. sup. resol. 35. q. 1. part. 5.
tract. 14. adducens text. quem dicit expressuum in auth.
de sanctiss. Episcop. q. sed ex hac præsenti collat. 9. con-
trariam tenet Glos. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 16. num
1. qui multos refert MendeZ lib. 1. cap. 2. à num.
88. part. 2. Giurb. de statut. cap. 3. Glos. 4. num. 48.
differentiam constituendo inter legatum speciale,
& generale, ad hoc, ut in speciali sequatur prima
opinio, at verò in legato generali hæc secunda,
sed in utroque prima, ut perfectiori statui fauora-
bilius videbatur amplectenda, & præferenda Ec-
clesiæ utilitas Reipubliæ utilitati.

³¹ Undecimó, quod si relinquuntur alicui ducenta
si nupserit, & centum si Monasterium ingrediatur,
quod poterit ducenta consequi Monasterium in-
grediendo, tenet Rebello de obligat. just. lib. 2. cap.
18. quæst. 16. num. 3. Marta de jurist. part. 4. casu 8.
Fr. Eman. in sum. tom. 3. cap. 240. num. 1. Les. de just.
lib. 2. cap. 18. dub. 15. num. 14. in fin. Dian. p. 2. tract.
16. resol. 52. 6. vlt. Aug. Barb. de potest. Episcop. pars
3. alleg. 83. num. 28. & multi alij; contraria n pluci-
bus citatis, sequitur Sanchez de matr. lib. 1. disp. 34
Villalob. in sum. tom. 2. tract. 30. diffic. 29. num. 7.
& alij, sed prima ex supra dicta ratione magis pla-
cere videtur.

³² Duodecimó, quod executor pauperiores eligere
non

non tenetur, ita Bart. in L. cum ex familia 2. si in fine ff. de legatis 2. Mantica de conject. lib. 8. tit. 5. n. 6. Diana parte 2. tract. 15. resol. 8. quod non procedere in consanguineo, quia pauperior eligi debet, tenet idem Diana p. 3. tract. 6. resol. 29. §. legatum, Bapt. de Thro in sum. priuil. piar. caus. priuil. 169.

Decimoteitio, quod Executor si pauper sit, poterit partem elemosinæ sibi applicare, tenet Barb. ad 2 16. num. 4 cum multis Sanches in select. disp. 14. num. 18. Diana p. 3. tract. 8. resol. 38. & p. 8. tract. 5. resol. 47. & eodem modo potest Executor Religiosus, si mendicans fuerit, sibi ipsi applicare, idem Diana p. 2. tract. 15. resol. 8. § 1. & socijs, fratribusque sui Monasterij, Sanchez in summa d. cap. 11. num. 61 d. Dian. p. 8. tract. 5. resol. 46. reliqua de materia videbis per supra citatos, & aduerte quod si elemosina distribuenda inter pauperes relinquatur, potest Ecclesiæ, vel Hospitali pauperi applicari, per text. in L. omnes qui C. de Episcopis, & Clericis, ubi Bald. num. 7. Matiens. lib. 1. Recopilat. titulo 4. capitulo 1 dub. 19. num. 5. Diana sup. resol. 38. & sed satis, quod limitatur, si testator certum genus pauperum, vel certum locum nominauerit, quia tunc, nec Executor, nec Episcopus potest dispositionem variare, ut per Bald. & Dian. sup.

Decimoquarto, nota quod si legatum efficiatur caducum, ita ut remaneat penes grauatū, si fiat intuitu

animæ, & persona moritur antequam illud consequi possit, tale legatum debet in aliam piam causam conuerti, vt voluntas defuncti adimpleatur, ita docet Syluester in sum. verb. legatum i. quæst. 12. Paul. conf. 181. @ 307. col. penult. verf. item prædicta lib. i. & si testator in suo testaméto declarauit quod dentur centum, vel alia res personæ à se hæredi, vel executori secrete nominatæ, & hæres, vel executor dicat quod non recordatur, quæ esset dicta persona, vel quod mortua est absque hæredibus, cum hoc animæ intiuitu ad illam exonerandam videatur, vel ad aliquod aliud pium opus, similiter dicendum est, dictum legatum in aliam piam causam conuerti debere, aliter namque non exonerabitur defunctus, nec ejus voluntas adimpta manebit.

35 Decimoquinto, quod si defunctus aliquid reliquit, puta centum in piis usus, aut pro exoneratione suæ conscientiæ, vel pro male ablatis, poterit executor restitutionem facere secundum suam conscientiam, quin de modo, & forma, qua talia centum expendit, rationem reddere debeat Provisor, vel cuiilibet alio Ministro, ne defunctus infameretur, ita tenet Cou. in cap. nos quidem de testam. n. 8. Dian. part. 8. tract. 5. resol. 45. Mol. de just. tom. i. tract. 2. disp. 247. num. 5. Vuading de contr. disp. 4. dub. 13. §. 6. ac verò si male ablata in contentioso judicio jam deducta sint, dubitatur, an dicta restitutio

tatio fieri debeat consulto Episcopo, & quamuis d.
Vuading. teneat interuentionem ipsius, vel Prouisoris, quando vnicuique secundum concordatam pertinet instantium, necessarium non esse; contrarium tamen tenent *Palat.* in rub. §. 65. num. 69. *Dian.* d. resol. 45. & notandum. *Molin.* d. num. 5. &
Cou. d. cap. 3. de testam.

Decimosexto, nota, quod si hæreditas non sufficiat legata, tam quantitatis, quam speciei minueretur, *Olea de cess.* in iit. 4. quest. 5. à num. 7. ubi alia de materia; & quando plura relinquuntur, quæ præferenda. *Phæb.* 2. part. decif. 116 à num. 3. & arest. 82. vers. quando, & quando, & quomodo computatio facienda sit, *Cancer.* var. part. 2. cap. 20. num. 500.

Decimo septimo, quod relictum creditori cum debito compensatur, *Barb.* in L. si cum dotem &. si pater num. 7. ff. solut. matr. *Mantic.* de conject. lib. 10. iit. 2. num. 2. & hoc ex ratione Ordinationis in 4. iit. 31. & II. & Vide *Pereir.* decif. 94. & idem in famulo relictum dicendum est, nam in dubio cum seruitijs computatur; ex d. *Ord.* & II. & ijs quæ *Caru.*
cap. Rain. part. 1. num. 595.

Decimo octauo, nota, quod relicta legata in testamento nullo ob præteritionem, vel ex hæredationem si ijs lebentur, ex *Ord.* in 4. tit. 82. & I. *Vaz.* alleg. 6. à num. 13.

De imonono, quod relictum alicui à marito,

&

& vxore, post mortem vtriusque, mortuo uno tantum, non debetur pars legati, *Gam. decis. 248. num. 1.* & relictum à Clerico suæ concubinæ, an & quando valeat, Vide per *Afflict. decis. 102.*

40 Vigesimó quod legatum omnium mobilium, quæ domi sunt, non comprehendit merces, & venalia, etiam si conjunctæ personæ factum sit, ut per *Merlin. contr. centur. 2. cap. obs. per tot.* & Vide *Pinel. 1. part. rubricæ C. de bon. mat. num. 38.* & 2. p. L. 1. C. codem, vbi an contineat pecuniam num. 5.

41 Vigesimoprimo, quod legata domū, hoc addito, quod si minoris ducenta valeat, suppleat hæres, si plus valeat, non ideo hæres soluet ducenta, & domum habebit, sed legatarius eam habebit, quia legata est domus, & non ducenta, *Giurba decis. 28. à num. 7.*

42 Vigesimosecundó, quod legatum vxori relictū dum caste vixerit pro primo anno purum est; pro reliquis conditionale *Merlin. controu. cent. 2. cap. 7. num. 11. Cancer. var. p. 3. cap. 20 à num. 358.* & num. 361. & aduertendum est, quod si ei relinquatur quādiu vixerit in vita viduali; si ad secundas conuolauerit nuptias, legatum resoluitur, & codem modo si moritur, quia sub dupli conditione videatur relictum, dum de vita mentio facta fuit, nempe dum vidua extiterit, & dum vixerit, itaque ipsa vxorata, aut mortua, ad hæredes viri pertinebit; secus verò si relinquatur dum se à secundis nuptijs abstineat.

abstinuerit, quia si non nupserit, perpetuum manebit legatum, & ad ejus hæredes transibit, non secus ac si Religiosa facta esset, tenet Grat. cap. 563. à num. 9. & à num 16. vbi si aliqua cautio necessaria sit, in tali legato videre poteris.

Vigesimotertio, quod legatum super via ordinaria, & non executiva peti debet, vbi hæres dubiam præstationem facit litem inducendo, Merlin contr. cent. 2. cap. 2. 43

Vigesimoquarto, quod legatum rei alienæ scienter relictum valet, secus si ignoranter, Cancer. part. 3. cap. 20. à num. 289. vbi sequentibus numeris intelligit, & declarat, ut videre poteris.

Vigesimoquinto, quod legatâ certâ domû, si 44 testator eam in vita voluntarie vendat, ademptum censebitur legatum, etiamsi sit conjunctæ personæ relictum; secus si piæ causæ, d. Cancer. 3. part. c. 20. à num. 257.

Vigesimosextio, quod si testator jubeat, quod 45 confessario suo, vel alteræ probæ personæ soluat quod ipse dixerit, tale legatum validum est, nec captatoria potest dici voluntas, quia nihil amplius committit voluntati confessarij, quam declaracionem voluntatis ipsiusmet testatoris, tenet Cancer. var. tit. 20. num. 89. vers. quamuis in casu confessarij.

Vigesimoseptimo, quod si testator centum Pe- 46 tro reliquerit, & adjecerit, quod volebat, ut ipse ea

distribueret prout ei dixerat, dictum legatum vallebit; & si Petrus decesserit accepto legato, quin potuisset distribuendo voluntatem defuncti adimplere, remanebit legatum penes hæredes Petri in que n̄ verba dispositiua ipsius, directa fuerunt, vt per d. Cancer. Jap. num. 104. quod cum ipso n̄. 106. limitabis in eo casu in quo constaret testatorem tantum voluisse nudo dicti Petri ministerio vti; & aduerte in hac captatoriæ mateii, quod fauore piaæ causæ, dispositio captatoria admittitur, vt per eundem, qui Castilho quotidianar. cum alijs citat n̄. 103.

48 Vigesimo octauo, quod legatum piū relictum à testatore si non potest impleri eo modo, quo ipse jussit, expendi debet in aliam piam causam per hæredem, secundum Phæb. cum pluribus, decis. 11. num. 12. part. 1.

49 Vigesimononō & vltimo, nota, quod legatum pauperibus, aut orphanis puellis certo tempore relictum potest præueniri, & ante illud præstari, dummodo in hæredis fauorem adjectum non sit tempus, aut pro forma assignatum ob testatoris devotionem, videlicet die Nativitatis Domini, aut Sanctissimæ Virginis Mariæ, vel alicujus Sancti, vt tenet Cou. var. in cap. tua nos num. in fin. de testam. Grat. qui alios citat. cap. 73. à num. 1. Hæc prælibare sufficiat, reliqua de materia, quæ latissima est, vt demonstrant tres ff. tituli, vltra alios videre poteris nouissime per Barb. de legat. Gom. var. part. 1. eode tit.

iii. Tusc. liter. L. à conclus. 35. usque ad 155. Cancer. p. 3. cap. 20. per quos non solum materiam, sed plures eam tractantes inuenies, præcipue, ut per Grat. forens. verbo legatum in judice.

DE INVENTARIO CONFICIENDO per Executorem.

l. 15.

INVENTARIUM confidere debere Executores de rebus quas distribuere tenentur voluit *L. nulli C. de Episcop. & Cler. l. eum autem ubi Glos. & relati per Bald. Thomaz. tract. 1. tit. 10. cap. 3. à princip. n. 12.*

Contrarium tamen dicit idem *Thom. sup. num. 50 13.* cum multis, & tantum illud confidere debere testamentariorum pro rationum redditione, non vero Iolemne, juxta *L. fin. C. de jur. deliber. primam opinionem amplians, cum Alex. Speculat. & Farinac. in fragm. part 2. num. 1080.* tam in legitimo, quam in testamentario executorenum. *14.* tam vero limitans numeris sequentibus; in executore captiuorum, & in executore qui hæredem non representat.

Et an Clericus coram Iudice confidere debeat dictum inventarium valde controvèrtitur; affirmatiuam partem, cum pluribus tenet *Carual. de cog. per viam viol. p. 2. quæst. 78. num. 3. Curia Philip. p. 1. l. 2. s. num. 31. Girond. de gabell. part. 4. l. 1. num. 18.*

Nij Con-

Contrariam Carp. de execut. testam. lib. 3. cap. 10. n.
 33. cum alijs ab eo citatis, sed affirmatiua amplecten-
 da videtur, nam judicatum refert Mendez lib. 1. cap.
 1. num 12. part. 1. forlan ex eo, quia in edictali ad
 executores comparandum non datur vera citatio,
 sed quædam monitio, & quia data concordia non
 potuisset æqualitas seruari, si executores mensis sæ-
 cularis (si Clerici proponerentur) rationem red-
 dere deberent coram Ecclesiastico de testamēto sæ-
 culari contingēti, quid autem dicendū sit in Execu-
 tore testamēti Episcopi, vel Clerici, Vide per Pereir.
de manu Regia p. 1. cap. 16. à num. 19. Cab. decis. 81. &
 84 part. 1. Themud. decis. 18. & 90. part. 1. quos
 transcribere non licet, cum per eos materiam me-
 lius prosequi possit, & nostrum institutum latas
 digressiones non ferat.

Notabis tamen ad supra dicta cum d. Thom. &
 ab eo citatis num 15. quod quamuis executor in-
 ventarium non conficiat, nunquam ultra vires
 hæreditatis teneri, sed tantum ab agendo posse re-
 pelli.

DE SATISDATIONE Executorum.

2. 16.

Si E xecutor indemnem conseruare hæredem, ei-
 que non solum de indemnitate cauere, sed fatis-

satisfare teneri affirmant relati à Thom. sup. tit. 10. cap. 4. à num. 24. per text. in L. si tibi legatum de legatis 3. L. si à pluribus de legat. i. quæ cautio intelligi debet respectu partium deficientium quæ hæredibus accrescunt, & modi implendi, vt num. 28. quod tanien limitatur in mero executore, vt num. 35. & per tot. cap. alias limitationes, & sublimit. potes videre ubi num. 29. illa præcipua est quando scilicet ex conditione personæ; aliud testatorem voluisse colligitur, puta, Religiosi, qui se obligare nequit; sed quamvis executor cœvere debeat regulariter, ad satisandum regulariter non teneatur, per text. in L. non omnium de tuto qui non satisfd. L. fin. de curat. furios. Iacob à canib. de executor. vult. vol. part. 2. in fin. & q. receiptis num. 4. & 7. & alios quos refert d. Thom. sup. cap. 12. num. 77. quod limitacum eo, & Bart. in L. solent, num. 3. ff. de aliment. & cibar. in datiuo executore, in inope, suspecto, & non soluendo effecto, vt num. 78. in mixto qui commodum à testatore percipit num. 80.

D E T E R M I N O I N Q V O Executor implere debet voluntatem testatoris.

q. 17.

A Num & mensem assignat Ord. d. lib. 1. tit. 52. 62. §. 2. ad voluntatem defuncti adimplen-
N iij dam

dam per executorem, quando aliud non prefixit,
& in hoc à jure communi deuiat, quo attento,
ad aliquod opus constituendum annus conceditur.
per Auh. de ecclesiast. titul. col. 9. q. si quis ædificatio-
nem; & ad opus pium, vt captiuorum redemptio,
vel pauperum eleemosinæ, nullus terminus à jure
præfixus inuenitur, & taxari debet arbitrio Episco-
pi, vel Prouisoris, argum. L. interdum, & L.
continuus 138. §. cum vera ff. verb. obligat. si ve-
ró aliqua res, vel species ad pios usus relinquatur
sex menses à jure constituuntur ab insinuatione te-
stamenti, d. Auh. de electione tutel. §. si quis autem.
Matiens. lib. 5. tit. 4. L. 14. Glos. 10. num. 63. Pereir.
de manu Reg. part. 1. cap. 16. num. 6.

53 Sel aduertendum est, quod hujus legis dispo-
sitione non tollit quod ab adita hæreditate, vel offi-
cio executoris accepto, possit hæres, seu executor
obligari ad legatum soluendum via ordinaria, vel
officio judicis, §. hæres inst. de obligat. que ex quasi
contract. Matiens sup. num. 36. Pereir. sup. d. num. 6.
& 35. & si testator præstare jussit legatum intra
mensem, vel annum à die mortis suæ, intelligi de-
bet à die quo adira fuit hæreditas à quo legatum
redit, Barth. in L. si in diem. ff. de cond. & dem. vii
Paul. si que aliquam relinquat testator quantitatem
cum onere aliquid faciendi intra certum tempus
si non potuit ab hærede consequi prædicta quanti-
tas, non currit tempus, Paul de Cast. in L fidei. cōmissum
ad fin. ff. legatis 1.

AN

*AN CVR R AT · T E M P V S
ignoranti, vel impedio?*

§. 18.

Glossator noster Barb. ad d. Ord. iii. 62. q. 2.
cum multis citatis, & relati à Tiraq. de retrah-
etu tit. i. §. 35. Glos. 4. num. 4. tenent quod annus
& mensis executoribus concessus, ipsis ignorantibus,
non currit.

Contrarium verò, imo quod ignorantibus cur-
rat, tenet Abb. in cap. quippe diuersitatem col. 1. de con-
cess. præb. & plures citati à Tiraq. d. loco num. 5. ar-
gumentando ita; tempus in alterius fauorem con-
cessum cedit ignoranti: atqui hoc tempus est con-
cessum, & adjectū in fauorem publicum, & defun-
cti; ergo ignorantibus cedere debet; & in hunc
modum ratiocinat Costalius in L. genero mortuo 8. ff.
de his qui notat infam. & varijs vtiens dictionibus
Bertachin. de Episcop. lib. 4. part. 6. num. 37. quest. 35.
pag. 135. col. 2.

Sed Glossatoris prima opinio ut verior, & juri
conformior tenenda est; meo namque videri fun-
damentum contrariæ inefficax appareret; si quidem
cum à jure magis arctetur te npus implemento
voluntatis defuncti, ut ex 2. antecedenti cernitur,
& breuitas implementi sit in utilitate defuncti,
& publicam; annus, & mensis potuit in fauorem
exc.

executoris, quam dicti defuncti concessus videtur; & ita diruto fundamento argumentum corruere dicendum est.

Deinde si ad hoc ut quis executor testamenti reputetur, necessarium est, quod de ejus acceptatione tacita, vel expressa constet, ut habes supra hoc cap. §. 1. nunquam ignorantis tempus cedere potest, cum in ipso actu acceptationis scientia sit.

Dubium tamen quod hic excitari poterat videbatur an incepere debeat annus ab acceptatione officij, an ab adita hereditate, & si attendamus ad legis dispositionem d. tit. 62. q. 2. & ad officij naturam, dicendum videtur quod cum officium voluntarium sit, & in potestate executoris illud acceptare, vel non, eo ipso quod acceptavit, sciens annum, & mensem executoribus à lege præfixum à morte testatoris, intra illud tempus teneri exequi voluntatem; quamvis major temporis pars transacta sit; nam cum per acceptationem necessarium officium efficiatur, omnia ejus onera, & obligationes acceptare visus fuit, & pœnas negligentiæ incurere, sibique imputare debebit ea quæ præuidere non curauit; & hoc jure Regr. praxis vtitur, vt teste Molin. insinuat Glossator in d. q. 2. lib. 1. tit. 62.

55 Quamquam ab adita hereditate tantum currere debere videatur, nam ante eam nullam executores potestatem habent, secundum Bart. in L. alio n. 7.

ff. de alim. & cibar. legat. Surd. conf. 274. Cou. in cap. 3. à num. 1. de testam. & plures quos refert Thom. tract. 1. tit. 10. cap. de execut. vlt. & tract. 4. tit. 141. cap. 1. num. 51. sed ab Ordinatione, & praxi receden- dum non est.

Aliud dubium est in relictis sub conditione, 56
vel in diem, an adimplata conditione, vel aduenie-
te die statim debeat executor adimplere volunta-
rem testatoris, an currat annus & mensis ab ipso
conditionis implemento, vel die, & ab ipso inci-
pere dictum terminum videtur, per text. in L. qui-
dam testamento 99. q. si scriptus de legat. 1. Preiis vlt. vo-
lunt. lib. 5. dub. 2. num. 64. pag. 20. & num. 80. p.
21. vbi dicit idem procedere in rebus illiquidis, &
per alios quos citat Balt. Thom. de execut. vlt. tract.
4. tit. 14. cap. 1. num. 63. vbi per totum caput po-
tes videre reliqua de materia.

An autem impedito currat dictum tempus, ma- 57
iores continet difficultates; nam jura, & Doctores
citati per Thom. tract. 4. tit. 14. cap. 1. num. 30 cum
Rebuf. de sentent. prouisor. in prefatione n. 88. Guilb.
Bened. in cap. Rainuntius de testam vers. si absque li-
beris n. 2. in tract. de legat. num. 194. & quæ Merl.
controv. cent. 1. cap. 16. à num. 10. ad hoc vt pœna pri-
uationis officij, & emolumenti incurritur requi-
runt præcedentem monitionem; nostra verò Ord.
d. tit. 62. q. 1. juncto q. 12. nullam requirit monitio-
nem, sed lapsum tantum anni, & mensis, data ta-

men, vt supra, aditione hære litatis, & acceptatione executoris, & voluntate defuncti non impleta quod de praxi, & stylo obseruatur, & merito, quia si lex aliud voluisset, expressisset, vltra quod dies à dicta lege præfixus interpellat, & monet.

Deinde licet regulariter impedito non currat tempus, L. I. §. vlt. C. annul. except. L. jure ciuili 24. ff. de cond. & demonst. nostra lex dicto & 2. hanc regulam arctauit disponens, quod solum quando executores impediuntur ad implendas voluntates ex eo quia bona per quæ adimpleri debent sunt litigiosa, aut ab alio possessa, tempus impeditis non currat, nisi à die quo remotum fuerit impedimentum, sed oportet vt in eo remouendo executor non sit morosus, aliter enim ei curret tempus, & à poena non excusabitur, si quidem potuit ad superiores recurrere, Pereira decis. 1. part. cap. 16. num. 35. vers. vnde, Surd. conf. 8. num. 24. & eo remoto debeat constare quod implementum voluntatis secutum fuit, aliter enim affectatum censebitur, vt per d. Pereiram.

18

Et cum lex hujuscemodi tantum admittat impedimenta, ea stante nos alia admittere non debemus; si que obueniant, ad Principem recurrendum est, vt eadem disponit lex, & licet correcta videatur per aliam in regimine Senatorum Palati fol. 296. & 17. dum dictis Senatoribus facultatem prorogandi implementa testamentorum denegat,

vtra.

vtraque sustineri potest; nam aliud est recurrere ad impedimenta Principis potestate remouenda, aliud ad implementa spatianda. Reliqua de materia quamvis multa legis nostræ aliena poteris videre per d. Thom. & ab eo citatos tract. 4. tit. 14. cap. 1. per tot.

DE POENA NON IMPLEMENTIS voluntatem, & salario executoris.

§. 19.

Voluntate testatoris intra annum & mensem non impleta incurrit Executor poenam priuationis officij, & emolumenti quod ei à testatore relictum fuit, quod captiuorum redemptioni applicatur, juxta §. 12. d. tit. 62. hocque ob negligentiam quam lex considerat. An autem negligens dicatur executor qui nondum bona defuncti in sua potestate habet. Negatiue resoluit Roman. singul. 489. vers. in quæstione, asserens in simili Romæ statutum esse, quem sequitur Ruin. conf. 90. num. 2. & conf. 290. à num. 7. sed quamvis ille hanc opinionem teneat, etiam quando negligens est in non petendo bona ab herede; ego semper crederem ex dictis in & præcedenti vers. deinde, necessarium esse in executore ad evitandam poenam, talem, aut qualem diligentiam, si quidem ipse tenetur omnia impedimenta remouere, & hoc ut impedimenta reputatur,

Oij Supra;

60 Supra dicta procedunt transacto termino, sed pone quod intra terminum voluit executor redderationes, & ipsis à Prouisore expunctis, quod non legitime impleta inuenitur voluntas, an possit pœnam executor euadere, si dixerit se velle eam adimplere in reliquo temporis termino sibi à lege concessa, an debeat Prouisor procedere contra ipsum ac si terminus transactus esset. Et retenta opinione quam sup. in d. 2. præcedenti, vers. Glossatoris secutus fuit, nempe hunc terminum magis fauorem ipsius executoris, quam defuncti, & publicam utilitatem respicere, dicendum videtur, quod cum unusquisque possit fauori suo renuntiare L si Index 42. ff. de minorib. L. pen. Cod. de pact. cum similibus Barb. in L. alia 2. eleganter à num. 10. Valasc. conf. 143. num. 16. Phæb. 1. part. decis. 10. n. 12. Gail. obs. 1. n. 29. lib. 1. Tusclus lit. R. concl. 170. cum sequent. executorem ante termini finem se offerendo ad rationes reddendas, & Prouisoris potestati se submitendo, termino in ejus fauorem concessa renuntiasse, & ad eum continuandum regredi non posse, siquidem renuntianti jus suum, amplius non datur regressus L. fin. ff. de remiss. pig. L. queritur 2 si venditor ff. edilit. edict. Noguerol alleg. 6. n. 2. Prouisoréque posse eum ab officio remouere, & emolummentum captiuorum redemptioni applicare, & salarium suum extorquere.

61 Sed hoc non ita absolute accipiendum est, nam

yt

vt pœna incuratur necessarium videtur quod procedere debeat terminus ab executore signatus, in quo termino à lege dato renuntiet, & pœnæ ab ea impositæ se subjiciat, si quidem renuntiatio proprij juris in dubio non præsumitur, *L. cum d. indebito ff. de probat. Masic. conclus. 1272. num. 2. Grat. cap. 745. num. 54.* & *cap. 515. num. 56. Surd. cons. 431. num. 16. Larrea alleg. 67. num. 25.* neque si aliquis juri suo renuntiet in vna parte, vel articulo, non ideo in alijs renuntiare visus est, vt cum *Bart. Abbat.* & alijs tener *Cardozo verb. renuntiatio num. 15.* renuntiansque executor tacite, vel simpliciter temporis sibi concesso, non credendum est implemeti termino renuntiasse, sed termino tantum reddendarum rationum, cum nemo præsumatur gratuito se pœnæ subjicere voluisse neque suum jactare, immo commodum suum prætendere, vt erat à rationum obligatione se exonerare, factaque ad aliquius commedium, non debent contrarium operari, *Grat. cap. 922. num. 26.* præcipue quando, vt communiter accidit, non peccant executores qui rationes reddere volunt in substantia implementi voluntatis, sed in aliqua leuissima formalitate, ob quam Pronisores, vt magna extorqueant salario, non impleta judicant testamenta; de quo queritur, & summa ratione *Themudo decif. 16. n. 15.*

Et si nimis pia, & equitate plena visa fuerit hæc 62 opinio, sciat Pronisor quod hæc lex pœnalis est, &

stricta, & non potest extendi, nec à majoritate rationis, Grat. cap. 972. num. 13. & cap. 814. d. num. 13. nec à casu majori ad majorem, Pereira de manu Reg. 2. part. cap. 74. num. 36. in fin. sciat etiam quod quælibet renuntiatio semper in favorem renuntiantis declarari debet, secundum Grat. cap. 578. n. 17. & 247. num. 42. & quod renuntiatio nunquam præsumitur, si alia conjectura sumi potest, ut tenet idem Grat. cap. 948. num. 4. & 799. num. 22. cumque stricti juris sit, semper intelligenda est, ut minus renuntianti laedat, ut per d. Grat. cap. 292. n. 6. quibus accedit, quod cum poena priuationis officij. & emolumenti negligentibus executoribus imposita sit, dum annus & mensis non est transactus, nunquam executor negligens dici potest, neque contra eum ut negligentem procedi, & minus in nostris terminis, quibus diligentissimus videtur, qui putans voluntatem impletam habere, & satisfactum obligationi suæ, se exonerare vult, & rationes reddere; quare talem executorem, nec officio, nec emolumento priuarem, nec salarium non impleti testamenti peterem, si intra legis terminum, etiam post rationes redditas impletam, ostenderet voluntatem, & in hoc dubio plus solito demoratus fuit; quia de facto in judicio residuorum nunc obuenit, & anxius de salario Provisor substitutus Emanuela Fonseca Tinoco, Indiæ, & Minæ Iudeæ cum pro deposito accepit, donec resolueretur quæstio, quæ adhuc resoluta non fuit.

An

An autem salarium possit habere executor quādo ei nullum emolumentum relictum fuit, controvertitur; & negatiua pars deduci videtur, ex text. in L. si quis ad declinandū & si quidem C. de Episc. & Cleric. & judicatum pro ea refert Franchis decis. 122. num. 6. ex ea ratione, quia cum ministerium hoc sit pietatis actus, absque præmio exercere debet, alias peccabitur, & ad repetendum dabitur conditio, ex his quæ Themud. 3 part. decis. 259. n. 3.

Contraria verò pars, nempe salariū habere posse executorē, verior est, & tenenda, secundū Spin. de testam. Glos. 28. num. 78. vers. sed his non obstat. Auen-dāñ. de exequend. mand. cap. 2. num. 8. lib. 3. Garc. de expens. cap. 20. num. 14. Baeza decim. tut. cap. 19. num. 20. Themud. d. decis. 259. num. 4. Escob. de ratioc. cap. 27. num. 47. & quale dictum salarium debet esse, declarant Baeza, & Themud. dictis locis, executoribus assignari debere, ad instar salarij tutorum, in forma, Ord lib. 1. tit. 87. q. 55. Attamen per supra dictos Spin. & Escob. citatis locis certius videtur quod dictum salariū arbitrio Iudicis relinquendum est, & quod eum habere non poterunt, si in initio testamentariæ, & officij acceptatione, non protestauerint de illo vincendo; quia cū hoc ministerium reputetur, ut mandatum, & mandatum gratuitum sit, & de eo salariū peri non potest, nisi promissum sit, ex L. i. ff. mandat. Fulgos. in L. salariū ff. eod. Alex. cons. 109. lib. 6. sit consequens.

quens, quod si non protestetur, gratuitum præsumetur, & peti non poterit, ut resoluit idem Themuſ. d. num. 4. qui num. 8. & 9. dicit quod in terminis alternatiuæ, quando Ecclesiasticus Iudex rationes assumit, prædictum salarym, etiam inter laicos executori assignari valebit.

DE SALARIO PROVISORIS ex residuo.

q. 20.

Super salario autem Prouisoris tota difficultas est, & adeo ardua disceptatio, ut vsque nunc, nec placitis magnorum virorum, nec sententijs Señatus pro vtraque parte prolatis, acquiescant literarum Professores, & timorati semper Prouisores scrupulosi torqueantur; in eoque vertitur difficultas, an quando executor partem voluntatis impleuit, & partem non, etiam si pars non impleta minima sit, debeat Prouisor integrum salarym respectu omnium bonorum de quibus rationes redduntur, habere, ac si nihil impletum foret; & an id ipsum sit, si impleta sit voluntas, & de formalitate quam requirit lex, aliquid deficiat, ut quietatio legati facta per tabelionem, vel quid simile, & denique an hoc salarym soluendum sit respectu totius hæreditatis, si defunctus absque descendentibus dececessit; an si cum illis dececessit respectu totius tertiarum, vel

Vel respectu legatorum tantum, si legata tertiam non consumpserint.

Et pro affirmatiua sententia, nempe totum salariū deberi si de testamento minima pars impleta non inueniatur, vel de formalitate aliquid deficiat, stat Epistola quædam Doctoris Thomæ Pinheiro insignis olim Regiæ Coronæ Procuratoris, sacrique Palatij Senatoris, quam transcribit *Themud. 1. part. decis. 16. num. 19.* vbi alijs fundamentis dicit, quod ad hoc, ut aliquid impletum dicatur, necessario requiritur quod omnia impleta, & satisfacta sint; quia bonum non nisi ex integra causa; & quod dum aliquid deficit, etiam si sit ex defectu quietationis à tabellione factæ, impletum dici non potest testamentum, nec Ordinationis formæ satisfactum, & secundum eam potest Prouisor tam de impleto, quam de non impleto salariū suum habere, si totum adimpleri fecit, & executioni mandauit, aliás secus.

Sed etiam placitum Doctoris Ioannis Pinheiro 66
vtique Palatij Senatoris, literis eminentissimi, cui accedit Doctor Ludouicus à Goes de Aragaó, grauaminum Expeditoris scientissimi, cum quo tententia lata fuit, cuius fundamenta refert *d. Themud. sup. à num. 4.* quæ in summa sunt sequentia.

Primo, quod verba *Ordinat. lib. 1. tit. 62. §. 2.* 67
juncto §. 12. ibi. sendo porem feitas &c. ut verba gerundij conditionem in forma specifica adimplen-

dam important, ex Glos. communiter recepta verbo
 adeundo in L. si tu ex part ff. acquir. hæred. Surd. conf.
 38. à num. 22. Valasc. conf. 149. num. 2. Phæb. decis.
 9. num. 3. & quod ad euitandas pœnas impositas,
 debet Executor ostendere tempore quo ad rationes
 reddendas vocatus fuit, omnia rite, & recte imple-
 ta exstasse. Secundó, quod non oportet ostendere
 quod intra terminum impleta fuit voluntas, sed
 copulatiue, quod rite, recte, & coram Tabelione
 aut actuario à defuncto nominato expendisse, quod
 dictus defunctus jussit. Tertió, quia Ord. ind. §. 12.
 ibi tudo, cum sequenti & 2. 23. ibi Nam comprindo hem,
 & como deuia ex vi dictorum verborum non qua-
 le, quale impedimentum, sed ex omni parte per-
 fectum quoad substantiam, modum, circumstan-
 tias, & qualitates designat. Ita Mol. de just. tract. 2.
 disp. 251. num. 5. integrum implementum exigit,
 cui subscribit Gloss. Barb. in d. &. 2. in fin. ibi si in-
 tegre; idque jure optimo, quia non potest dici im-
 plementum quando aliquid deest implendum. Surd.
 conf. 400. num. 8. Castilh. quotidian. lib. 3. cap. 3. num.
 12. videndus à num. 6. circa locatorem qui integrum
 pensionem præstare tenetur; & plenum est tantū
 illud cui nihil addi potest, Giurb. decis. 24. n. 19.
 in fin. & decis. 98. à num 16. adeo ut ne diminutio-
 nem admittat, Surd. conf. 511. num. 7. plenum nam-
 que dicitur quod est sine villa diminutione, Me-
 noch. conf. 19. num. 12. Grat. forens. cap. 46. Nec etiā
 dici-

dicitur actum quando aliquid superest agendum, 68
Gab. Pereira decis. 2. num. 14. imo dicitur actus im-
perfectus, Pereira decis. 2. num. 14. vers. respondetur.
Reinos. obs. 48. à num. 18. nec dicitur implementum
quod modo requisito non est impletum, Surd. conf.
369 à n. 36. Quartó, & vltimó, quod executio deman-
data executori indiuidua est, & in his, & talibus indi-
uiduis non dicitur actū cum superest aliquid agendū,
ex proxime citato Surd. & dicta executio natura
sua indiuidua judicatur ratione operæ exhibendæ,
juxta text. in L. stipulationes non diuiduntur in vers.
Idem Paulo ibi vel operas ff. obligat Pich. tract. de in-
diuid. & diuid. cap. 12. à num. 180. Tusch. lit. I. concl.
101. & 102. itemque ex voluntate disponentis indi-
vidua consideratur, cum suæ voluntatis executio-
nem executori cōmendauerit, ex ijs quæ Grai. fo-
ren. cap. 162. num. 27. ac proinde qui integre non
adimpler, pœnas impositas incurrit, & conlequen-
ter verificantur verba Ordinationis d. 2. 23. ibi se a-
char que foi negligente, & nam cōprio bem, & como-
deuia.

Adest denique pro dicta affirmatiua quoddam
Domini Regis Ioannis III. diploma per quod su-
blatum videtur omne dubium, & declaratur Ord.
nostra d. lib. 1. tit. 62. §. 12. 20. & 23. & tit. 50. §. 7.
cujus hæ sunt verba.

ALVARA DEL REY D. IOAM O III.

que anda nos autos do comprimento do testamento de Catherina Rodriguez contra Antonio de Matos seu testamenteiro no juizo dos Resíduos fol. 208. vers. Escrivão Antonio Cota.

69 **E**V el Rey faço a saber a quantos este meu Aluara virem, que eu tenho feito Regimento da maneira que os Prouedores, & Contadores das obras, Terças, & Resíduos, Hospitaes, & Capellas, Confrarias, & Gafarias de meu Reyno hão de ter em seruirem seus officios, no qual Regimento lhe tenho limitado de que contas hão de leuar premio, segundo no dito Regimento he contheudo, o qual Regimento auendo eu respeito a elles terem cuidado de fazerem arrecadar tudo o que fosse deuido, assi aos Concelhos, como Hospitais, & outras causas, de que as ditas contas hão de tomar; declarei que o dito premio ouuessem do que assi fosse mal despezo, & elles fizessem executar, & arrecadar, & hora me disseram os ditos Contadores que hauia duvida nisso, por alguns quererem entender, que o dito premio se não hauia de leuar, senão laquilo, que assi fosse mal despezo somente, & do que fosse bem despezo se não leuasse nada, & se não deuesse nada, que não leuarião premio nenhum; & porque essa não foi minha

ten-

tenção, por este quero declarar, & mando que quando quer que os ditos Contadores nas contas que per bem do dito Regimenro haó de tomar acharem algúas contas mal gastadas, & como não deuem, que elles naõ leuem premio, nem salario algum até o não fazerem arrecadar, & tornar a cujo for, & o pôr em boa arrecadaçáo, & depois de assi arrecadarem, & porem em boa arrecadaçáo, então leuaraõ a conta inteira de toda a somma de que assi se tomou conta, naõ passando porem dos annos contheudos, & declarados no dito Regiméto; & em quanto ahi ouuer por arrecadar algúia couza do dito mal gastado, o dito Prouedor naõ leuara nenhú salario, até tudo não fazer arrecadar como ditto he, & quando acontecer tudo estar despezo, & como deue, & naõ ouuer couza algúia por arrecadar, & fazer tomar, então aueraõ os ditos Contadores seus premios à custa dos Conselhos, & Hospitacs, ou couzas a que assi tomarem as ditas contas, & com esta declaraçáo, mando se entenda o ditto Regimento, & mando aos ditos Prouedores, & Contadores que ajuntem esta ao dito Regimento, & a cumpram, segundo por elle o declaro, & mando, porque assi foi minha tençáo, & ouue assi por bem, feito em Euora a 3. de Agosto Francisco Beliago o fes 1535. *R E Y.* Passouse para o Prouedor de Beja.

Sed quamuis à tantorum virorum sententijs, 70
P iiij tot

tot juribus, & fundamentis fulcitis recedere temerarium videatur, contraria opinio , non solum ex aequitate , sed ex rigore juris, ut rigorem nostræ legis moderans rationi magis consentanea, & conscientiæ tutior ex sequentibus amplectenda suadetur.

Et primò sciendum est , quod executio testamentaria essentialiter, & substantialiter consistit in adimplenda voluntate defuncti ad dispositionem reducta, & cum dictum implementum Reipublicæ intersit, ut docet Pichard. in q. sed paulatim num. 4. inst. de testam. Mencha. de success. creat. q. 2. num. 5. Vigl. in princip. instit. quibus non est permis. fac. test. Lex nostra aliquas formalitates circa implementum obseruari jussit , ut celerius, & absque fraude, voluntas adimpleretur, de quibus d. lib. 1. tit. 62. q. 2. 12. & 21. in defectum ipsarū pñnam amissionis officij, & emolumenti executoribus impo-
suit, ac si ex tali defectu non impleta foret voluntas, quo tantum casu dicta datur amissio, quæ voluntas cum impleta sit vere, & realiter, nullo modo fieri potest, quod non impleta dicatur ; & dictæ formalitates constito de realitate , & veritate implementi , ut rigurosissimæ, & citra voluntatem, & dispositionem defuncti, qui si eas voluisset, expressisset, juxta reg. text. in L. univ. §. fin autem C. caducis toll. Mol. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 57. Mer. noch. conf. 555. lib. 6. & præsump. 148. n. 16. lib. 4. magis

magis ad terrorem, quam ad obseruantiam illarū,
& pœnarum executionem censem̄tæ sunt, quod
praxis ita interpretatum habet, dum dictas forma-
litates non obseruat, ut infra dicetur.

Aduertendum secundō, quod dicta amissionis 71
pœna executoribus ob non impletas voluntates in
forma supra dictæ legis imposita fuit, & in l. 20.
applicatum emolumentum redemptioni captiuorum,
quin alia pœna, in Ordinat. contra eos inue-
niatur, quæ salarium Prouisorum respiciat, & si di-
catur quod applicatio emolumenti facta Prouiso-
ribus pro salario, pœna fuit, ut in l. 23. Responde-
bitur, quod cum jam tunc post non impletam vo-
luntatem applicatum maneat totum executorum
emolumentum captiuis, ut in §. 20. ab ipsis detra-
hitur, & non ab executoribus, sicque eos jam non
lædit, nec damnat, neque pœna ipsorum potest
dici, ultra quod *Lex in d. l. 23.* ut à principio cer-
nitur in illis verbis ibi, *& para os Prouedores com-*
melhor vontade nisso entenderem, & darem tudo à execu-
ção, &c. non agit de aliqua formalitate, aut pœna
imposita in defectum illius, vel implementi, sed
tantum de modo, & via satisfaciendi Prouisoribus
mercedem laboris sui, & quamvis in vers. o qual
salario, de ammissione emolumenti ob negligentia
loquatur, id demonstrationis, & designationis cau-
sa actum fuit ad effectum declarandi, ex cuius bo-
nis solui debeat dicta merces, & non constituendæ
pœnæ

pœnæ ad quod non venit d. l. 23. sed. l. 12. & 20
 sub quibus de ea agendum erat, casu quo impo-
 nenda foret, & non in l. qui ad aliū finem ordi-
 natus fuit, & secundum ejus materiam, intelligen-
 dus; & interpretandus est, sicut leges secundum
 materiam rubricæ sub qua inueniuntur L. Impe-
 rator ff. de in diem. adject. Barth. in L. fin. in princip. ff.
 de conduct. indeb. Cab. part. 1. decis. 33. num. 2.

72 Quo supposito, cum dictum salaryum datum
 non sit in pœnam, sed pro præmio, & mercede,
 & mercenarius dignus sit mercede sua, mercesque
 labori correspondere debeat; ut dicitur ex Ord. in
 4. tit. 29. in principio cui condicunt quæ Noguerol
 alleg. 89. num. 20. Iniquum videatur, quod Prouisor
 de eo in quo nihil laboris sentit, mercedem habeat,
 & quod salaryum accipiat tam de impleto, in quo
 adimplendo insudauit executor, quam de eo quod
 ipse adimplere fecit, hæcque opinio ut magis æquita-
 tem amplectens, quam animæ defunctorum,
 de quarum voluntatibus agitur plus amare cre-
 ditur, semper sequi deberet, etiam quando alio
 fundamento ex ipsamet Ordinatione desumpto in
 l. 72. non corroboraretur, ubi de materia, & salario
 lex agendo, jubet circa rationes bonorum concilij,
 quod Prouisor de eo quod male expensum sit, &
 ipse concilio restituere fecerit, tantum salaryum re-
 portet ad instar capellatum, & residuorum, in quo
 ad laborem tantum, & non ad pœnam attendit;

per

per quam legem si lex nostra antecedens dubia,
vel obscura videtur, necessario declarari debet, si
quidem lex una per alteram declaratur, & distin-
guitur, unaque alteram supplet, ut per Barb. lit.
L. à *num. 53.* vbi multa jura, & Doctores citat, &
cum Regni lex sit, ab ipsamet lege Regia, & non
ab Imperatorijs, interpretationem recipere debet
ut cum *Amar. & Dec. tenet Cab. 1. part. decis. 211.*
num. 2. quare cum legem similem habeamus, in qua
eadem ratio datur, secundum eam nostrae legis ca-
sus decidendus est, & pro rutori, & vero dien-
dum, quod tantum ex eo quod Prouisor implete
fecit, & in quo laboravit, salarium habere debet,
sicut tantum de eo quod concilio restituere fecit,
illud consequitur; & ita per timoratos viros pra-
cticatur à multisque grauaminum Expeditoribus
aliquoties in Senatu judicatum fuisse accepi, hoc-
que quantum ad voluntatem impletam pro parte,
& pro parte non.

In impleta vero in totum, deficiente tamen ali-
qua de forma legis circumstantia, nullum dubium
considerari potest, ex supra dictis, & ex his quæ
Themudo 1. part. decis. 16. à num 11. nam si salarium
Prouisoris non in pænam, sed pro mercede con-
stitutum fuit, vbi nullus datur, nec interuenit labor,
nulla merces dari debet, ex his quæ supra vers. quo
supposito, ultra quod Lex nostra d. 2. 12. & 20. nū-
quam in formalitatibus obseruata fuit, nec est in

vnu; nam cum ipsa quietationibus credat tantum factis per Tabellionem, aut Scribam nominatum à defunto, & nullis alijs fidat, videmus quod praxis Prouisorum quascumque etiam factas per personas in d. L. expresse prohibitas admittit, dummodo recognitæ per Tabellionem, aut justificatæ afferantur. Imo quod detestandum erat, quando eas non recognitas, nec justificatas offerunt executores, non impletum judicant Prouisores testamētum, & statim in ipso actu ad instar fictionis breuis, manus eas recognoscunt eorum acuarij, & impletum declarant idem testamentum, quod vere, & realiter à parte antea impletum erat, & solum ad extorquenda salario pro non impleto judicarent; hocque modo irrident, & fraudant miserios executores, rusticos plerumque, & legum rigoris ignaros, & lex quæ fraudibus ipsorum occurrente voluit, eisdemmet fraudandi viam aperit contra regulam text. in L. in fundo ff. de rei-vind. L. 2. in princip. ff. de solut. matr. Giurb. decif. 6. num. 5. contri ejusque mentem læluntur, & damnantur dicti executores; nam cum legis mens esset in obseruandis formalitatibus, ne fraudarentur ultimæ voluntates eas non implendo, & male expendendo ab executoribus, si constat quod impletæ sint dictæ voluntates, & recte expensa bona, cessare debet lex, quando ejus mens magis attenditur, quam verba, L. jure leges ff. de legibus cum similibus. Giurb.

in consuet. Senat. Messan. in pioamio à num. 4. Surd. decif. 35. num. 14. & cessante ratione legis, cessat eadem lex, & ipsius dispositio, quando ratio ejus condenda fuit causa finalis, ut fuerunt fraudes erga formalitates, Merlin controv. cent. 2. cap. 70. n. 33. L. quod dictum ff. de pact cum similibus d. Surd. conf. 375. num. 24. Tiraq. cessante causa part. 1. num. 11. Pichard. in princip. inst. de lege falcid. num. 28. & ad princip. de milit. testam. num. 4. & majori cum ratione in nostro casu, vbi Prouisor non impletam judicat voluntatem, quæ impleta est, & absque alia diligentia, neque cognitione, pulsquam illa recognitionis seu actuarij, impletam declarat, cadens in illud absurdum condemnandi executores in vim legis, quam ipse Prouisor non obseruat, nec est in vnu, contra regul. text. in L. antepen. de administ. tut. cap. pro illorum de prebend. & dignit.

Quibus resolutionibus non obstat in contrariū adducta, per D. Thomā Pinheiro da Veiga in ejus epistola, si quidem non solida videntur fundanēta, quibus cum ipse fateatur in eodem semper cum metu (consciētiæ scilicet) salaryum exegisse impleti, sed quando hæc ratio non sufficiat, inferius ne eadem repetamus, placito D. Ioannis Pinheiro respondendo, dictæ epistolæ satisfaciam.

Non obstat primum dicti Ioannis fundamen-
tum, quia nostro casui adaptari nequit, impletā
namque in nostris terminis dicimus, ut supra, &

Qij ipsa

ipſa impleta conditioni satisfactum. Ad quod prae-
mittendum est quod licet vnica, & individua, sit
vltima defuncti voluntas, & divisionem non reci-
piat, ex Grat. forenſ. cap. 248. num. 22. per text. in
L. cum qui §. pro parte ff. de his quibus vt indig. & per
jura, & Doctores ibi citatos, hoc procedit in volun-
tate absolute, & in abstracto sumpta, & dum per
eam repræsentatur defunctus, qui non potest pro
parte repræsentari, & pro parte non, vt cum Gomeſ.
Iſ. & Imola ienet idem Grat. ſup num. 8 per text. in
L. i. & fin ff. de prætorijs ſtipul. at vero quin lo
voluntas ſumitur in concreto, dum eſt diſpositio par-
ticularium rerum inter ſe diuifarum, tunc quælibet
diſpositio vna per ſe voluntas eſt diuifa ab alia
voluntate, & potest dictarum rerum legatarius vna
acceptare, & aliam repudiare, quod fieri non po-
lit, ſi de vna, & eadem re partem acceptaſſet, &
partem repudiаſſet, quia tunc diuidet in illa par-
te perfectam, & individuam voluntatem, quæ di-
uidi non potest, vt deducitur ex dictis per eundem
Grat. ſup. à num. 18 cum ſequentib. Quo praemisso
cum vnumquodque facum, vnaquæque res, &
vnumquodque legatum à defuncto relatum, vna
diſpositio, & vna voluntas ſit, nam tot eſſe diſ-
positiones intelliguntur, quod ſunt ſummæ, vel res
specialiter designatae, ſecundū n d. Grat. ſup. n. 42.
quoties vnicuique rei, & vnicuique legato per exe-
cutorem ſatisfactum eſt, pro dicta re, impleta di-
citur

citur voluntas , & cum impleta sit , impleta dicetur conditio , & de tali impleto non debetur sallarium , cum pro mercede laboris non in poenam debeatur , ut supra , & in sensu tantum sustineri potest tanti viri fundamentum , quando scilicet in uno quoque legato de per se aliquid deerit implendum , quia tunc de toto legato in quo aliquid defecerit , reportandum erit sallarium , & non aliter .

Non obstat secundū , quia respondetur ex dictis supra à vers. sed quamvis cum sequentib. ex quibus quod sallarium habendum de impleto , & non impleto , nihil importat copulariua , si quidem respectu poenæ incurrendæ ob non impletam voluntatem , rite , & recte , imposta fuit à lege , & non respectu salarij designationis quod pro labore constitutum fuit , nec potest cadere super eo quod impletum est ; nam quoties de vero implemento aliquujus legati constat quoad illud recte , & rite implementa esse voluntariē dicendum est ; si quidem consequitus fuit effectus qui à defuncto desiderabatur .

Non obstat tertium , quia ultra supra dicta , & 78 quæ statim ad quartum fundamentum dicemus . Responderetur , quod verbum (tudo) in 2. 12. non implemento testamenti , nec ultimæ voluntati referriur , sed bonis male , vel nondum expensis ab executore , quæ omnia lex jabet residuorum receptori tradi , ut patet ex verbis ibi , Fara entregar ao Recebedor dos R̄síduos todos os bens que o testamenteiro

tiner por despender, & tudo o que mal despendo, sicque dictum verbum non ad omnimodum testamenti implementum attinet, imo si aliud verbum **Tudo** in 2. sequenti positum, & pro eodem fundamento adductum ponderetur, clarus inuenietur, quod non solum ad executionem per Prouisorem faciendam ob defectum executoris referatur, verum etiam quod nihil cum impleto habet, sed tantum cum illo quod non impletum est, & quod illud quod impletum est pro recte, & perfecte impleto habendum, & merito, quia impleto uno quoque legato, nihil in ipso implendum remanet, acta qualibet re, nihil in ipsa agendum restat, & in illa parte impleta dicitur voluntas testatoris.

79 Non obstat quartum & ultimum, quia licet executio ut obligatio faciendi natura sua regulariter individua sit, & individuum dici possit quid respectu voluntatis disponentium, fallit, quando rebus propter quas facta exercentur dicta facta existantur, non enim semper jubentur, aut promittuntur facta simpliciter, sed adjunctis rebus quibus illa attribuuntur, & tunc si res dividuae sunt, facra etiam divisionem patiuntur, & rerum conditionem sequuntur; ut docet Pichard. cuius sunt praecedentia verba, *Donel.* & plura jura citans lib. 4. tit. 17. de offic. judic. §. si finium regundorum 6. cap. 12. à num. 184. atqui nostra executio ad diuersas, & diuisas res

res dirigitur, & voluntas disponentis eam indiuiduam nec facere voluit, nec potuit, cum ex sui natura res indiuiduae sint; sequitur ergo, quod voluit vna quæque res perfecte impleri, & respectu vnius cujusque executio diuidua considerari, ad hoc ut tantum de non impleto debeatur salaryum, & de impleto secus.

Non obstat denique fundamentum quod ex 80 diplomate Domini Regis Ioannis III. contra nostram resolutionem sumi potest, cui, quamvis illud citet, non acqueuit dictus D. Thomas Pinheiro ex eo, quia de testamentis non loquitur dictum diploma, & merito ab eo spernitur tale fundamentum, & à nobis refellitur, si quidem, cum lex quæ in diplomate continetur non declaratoria, sed correctoria sit alterius legis, nempe dispositionis 72. & ita correctoria nostri juris cōmunis ad alios casus etiam ex majoritate rationis extendi nequit, ut tradit Pinel. in L. 1. num. 78. C. de bonis mat. Iason in auth. quas actiones à num. 21. C. sacros. Eccles. Barb. in L. si constante num. 39. ff. solut. matr. Felin. in cap. fin. num. 1. de præscript. Phæb. 1. part. decis. 1. n. 1.

Nec obstat insuper aliud fundamentū quod 81 per dictum Ioannem Pinheiro non adducitur, & potest desumi ex d. Ord. tit. 62. q. 23. in verbis ibi, *Tanto que a fazenda de que se toma conta chegar etc.* quæ verba ad totam defuncti facultatem expendi jussam dirigi videntur, quia respondeatur, quod di-

cta verba diriguntur tantum ad facultatem quæ nondum est expensa, si quidem in non impleto implendo versatur solum cognitio Prouisoris, quæ enim est expensa, jam facultas non est defuncta, nec illius testamenti, sed ejus qui eam habet, & si fuit bene expensa, quamvis ad rationes veniat, jam extra rationes est, quia ea super nulla vertitur cognitio Prouisoris, neque in ea aliquis ejus labor considerari potest, ad mercedem, & salarium ex ea consequendum.

82 Neque etiam obstat aliud fundamentū quod potest deduci ex &. 7. d. tit. 50 in verbis ibi do liquido quod verbum omnem facultatem super qua ratiocinium formatur comprehendere videtur, quia respondetur quod liquidum est illud tantum quod ab aliquibus rebus quæ mixta sunt, separatim remanet, cumque de liquido solum jubeat lex salarium de promi, de illo solum quod separatum est haberi debet, quia hoc tantum liquidum dicitur, & non cæteræ res quæ in ratiocinium venerunt ad liquidandum, à sufficienti partium enumeratione quod impletum non erat, super quo tantum versatur Prouisoris cognitio, & hoc importat illud quod vulgo dici solet Residuo do Prouedor, quod idem est, ac si diceretur o salario que ao Prouedor se deue do residuo que não estava cumprido, que elle faz cumprir.

83 Quibus ita resolutis pro vero, & tuitiori tenendum

dum est, quod de impleto nullum debetur salatiū Prouisoris, sed tantum de illo quod ipse implere fecit, & quod de formalitatibus neglectis, sicut non obseruatis, nec in praxi admissis, nihil curandum est, neque ad habendum testamentum ex defectu ipsarum pro non impleto, ad extorquendum salarium integrum, neque ad priuandum executorem officio, & emolumento, quæ tantum amittere debet, quando aliquod legatum, vel res in testamento contenta impleta non inueniatur.

Cætera de materia executorum poteris videre, per *Balth. Thom. de executor. vlt. volunt. per Carpīū, Iacobum à canib. Capra, & alios qui integros tractatus de executionibus ultimarum voluntatum ediderunt, & ad majorem nostræ opinionis comprobationem aduerte, quod in regimine sindicantium, quod pro lege reputatur, ita ut resoluimus, dispositum extat, ut infra.*

Quod salarium habere debeat Prouisor quando perfecte impletum est testamentum; videtur quod tantum illud ei debetur, quod de quolibet alio ratiocinio habet iudex pupillorum, vel Prouisor, nempe sexaginta nūmos, signaturam, & sigillum, si testamentarij quietationem voluerint; inuitis enim ut actuarij solent, non confertur tale beneficium.

Et aduertendum quod supra dictum salarium pro residuo, & non impleto extortum, cum solum

debeatur Prouisoribus postquam implore fecerint defunctorum voluntatates intra tempus ab executoribus non impletas, nec in foro conscientiarum, nec alio foro ante eas ab ipsis impletas illis debetur, & quod in syndicatu, non solum ipsis peti potest, sed in culpam dari.

Liccat nunc circa residuum quamuis extra proprium locum casum nouum hic inserere, qui ita se habet. Dispunctis rationibus testamenti Illustrissimæ D. Mariæ de Noronha per Prouisorem Scalabicensem, ab eis appellauit Illustrissima Comitissa de Soure, & citato Promotore residiuorum ad prosecutionem appellationis, cum in judicio non appareret, jussum fuit per grauaminum eruditissimos Expeditores, quod actorum copia hujus Ciuitatis Promotori residiuorum daretur, & impediente dicta Comitissa, rejectis impedimentis, ipsi copia data fuit. Et quia decisio illa tam residuo, quam heredibus, & testamentarijs damnum potest afferre, aduertendum etiam mihi videtur, quod in hoc Regno jurisdictiones ita distinctæ, & diuersæ sunt, ut nullus Iudex valide in alterius jurisdictionem se intromittere queat, vt testatur Cab. 1. p. arrest. 22. Et decis. 22. num. 2. Phæb. 1. part. arrest. 37. Mendez 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 13. Barb. ad Ord. 3. tit. 11. in princip. num. 2. & in consequentiam eorum Officiales, nihil officij sui nisi intra teritorium, & in causis suo Prouisori competentibus exercere valent.

Quo

Quo supposito, quomodo poterit Promotor hujus Ciuitatis alterius Provinciae causas prosequi, nec quo jure Senatus ipsis jurisdictionem dare, quod tantum Principi competit; nec Promotori negligenti alium substituere, nouumque contendorem parti praestare, quando in contumaciam jam eo carebat, jusque illi quæsitum contra dictum rebellem Promotorem auferre in appellantium notabile præjudicium, & molestiā, &c in ipsius residui damnum, cum dictus Promotor hujus Ciuitatis, absque alterius informatione non possit recte causam prosequi, & etiam quando non solū jurisdictiones sunt diuersæ, sed eadem ipsa residua diuersis rebus, & effectibus applicata, ut hujus Ciuitatis Regio Hospitali.

CAPVT TERTIVM.

S V M M A R I V M.

1 **P**rovisorum jurisdictione versatur primario super implemento ultimarum voluntatum, & secundario super pupillis.

2 *Iurisdictio hæc incipit à morte testatoris.*

Ibid. *Partitiones facere nequeunt Provisores.*

3 *Quo tempore, & quomodo rationes expungi debent?*

Ibid. *Salarium unicum ex uno ratiocinio extorqui debet, quamuis mulsi sint pupilli, & reprobatur inique lata sententia in contrarium.*

Rij Tu,

- Ibid. Tutela cuiusvis pupilli finita, poterit ad ejus traditionem unum separatim formari ratiocinium per Iudicem.
- 4 Quomodo remisso inuentarij, & partitionum fieri debet.
- Ibid. Materia tutelarum, & pupillorum remissione.
- 5 Tutores remouere, solum in actu remissionis, potest Procurator.
- Ibid. Syndicare Iudices orphanorum tenetur Procurator in suo triennio.
- 6 Tutoris munus necessarium, & inutilis tribuitur.
- Ibid. Non excusat ab eo à muneribus publicis immunis.
- 7 Neque ille, qui tutelam agnouit.
- Ibid. Terminus excusationis ante suscepit tutelam est quinquaginta dierum.
- 8 Casus in quibus ultra contentos im Ord. excusantur Tutores.
- 9 Tutor testamentarius se excusare nequit.
- Ibid. Limitatur, si post testamentum inimicitiae superuenient, vel si præcessissent in odium, & vexationem nominatus sit Tutor.
- 10 Legatum an amittat tutor qui se excusavit?
- Ibid. Et an legatum cum vigesima pro salario debita tutori compensandum sit.
- 11 Tutor statim inuentarium facere debet, quia eo non confecto non potest administrare, & ut suspectus remouetur. & contra eum juratur in item.
- 12 Pro non scriptis proceditur contra eum ad paenam subnegatorum,
- Tutor

Ibid. Tutor damno dato in jure pupilli, propter negligenciam tenetur.

13 Datus in testamento patris, matri volenti tutelam, non præfertur.

Ibid. A tutela excusatus, aliam petere non tenetur, & ei semper traditio bonorum facta præsumitur, pro redditioneque computi tutelæ viam executiuanam non experitur, secus pro summa confessata.

§. 1.

D E P V P I L L I S.

PRouisorum jurisdictio, quæ primario versatur super implemento voluntatum defunctorum, versatur secundario super administrationem personarum, & bonorum pupillorum; quamuis namque hæc jurisdictio primo, & principaliter iudicibus orphanorum pertineat, cum lex attenta minoritate, mentis defectu, & imbecillitate pupillorum, & fraudibus quibus expositi sunt parentibus orbati, non contenta judicium solummodo vigilantia, Prouisoribus etiam super cōmisit, ut certetur hoc nostro tit. 62. à l. 28. & melius l. 36.

Hæc jurisdictio Prouisoribus pertinere incipit, non solum post confectionem inuentarii, & partitionum, sed etiam a morte testatoris, nam quoties Prouisoris ad notitiam peruererit, quod necessarium est aliquibus pupillis prouidere, si eis

R. iiij desit

desit tutor, potest Iudici præcipere quod eis tuto-
rem det, si inuentarium, aut partitiones intra ter-
minum à lege præfinitum, in Ord. lib. 1. tit. 87. q.
4. factæ non sint, potest etiam ipsi Iudici jubere, vt
inuentarium faciat, & sic de cæteris, hoc namque
importat dispositio q. 28. d. lib. tit. 62. non pote-
runt tamen Prouisores dicta inuentaria, & parti-
tiones facere, vt ex Phæb. 1. part. arrest. 37. tradit
Glossator ad tit. 87. q. 4. num. 3.

§. 2.

DE FORMA RATIOCINII, ET reuiione ipsius.

Factis vero partitionibus, & datis tutoribus,
clapsis post eas duobus annis, vbi tutor fuerit
datiuus, & quatuor vbi legitimus, aut testame-
tarius, intra quod terminum Iudices, secundum
Ord. lib. 1. tit. 87. §. 49. rationes exigere debent,
potest Prouisor, si Iudex eas non exegit, vt idem-
met Iudex ipsas exigere, sin verò ab ipso jam ex-
punctæ sint, eas reuidere debet, & salarium sexaginta
numorū recipere pro unoquoque ratiocini-
o, vel reuiione, dummodo ratiocinium intelli-
gatur unum de omnibus pupillis, & non unum
de unoquoque pupillo, vt inciuliter, & ambitiose
illud extorquent Iudices pupillorum Eborensis
Ciuitatis, & aliorum opidorum Transtaganorum
in

in vim cujusdam sententiæ iniqué obtentæ per quendam Iudicem; contra quam sententiam innumeræ in hoc Senatu prolatæ fuerunt, & in Portuensi, vbi à me Lamecensi Provisore ad illum supplicauit Iudex orphanorum oppidi de Marialua, qui dicta sententia nisus de vnoquoque pupillo vnum formabat ratiocinium, cui prædationis modo ego pœnarum cominationibus occurri, & improvisus à dicto Senatu exiuit, & summa cum ratione, quia Ord. lib. 1. tit. 87. §. 49. ibi & de tomare conta a qualquer tutor não leua &c. non jubet, quod vno cuique pupillo ratiocinium sumatur, sed cui-libet tutori, & ratio, quia tutor in defectum parentis defuncti omnem ejus substantiam pro indiuiso sicut pater administrat, & de ea in totum, & non per partes rationem reddere debet, cum co- que actus ille indiuidue geritur, & non cum pupili, quamvis de vniuersitate legitima separatum in ipsomet ratiocinio rationem reddat. Finita vero tutela alicujus pupilli, tunc ad ejus traditionem poterit super redditibus suæ legitimæ, & ex mercede-bus, vel alia acquisitiis via, vnum separatum formari ratiocinium à Iudice, & quomodo sindicantes se habere debent, dum exercent Provisoris officiū, inuenies post Regimen Residentiarum, & vide late eruditiss. Pegas in com. ad Ord. lib. 1. tit. 1. q. 43.

**QVOMODO REVISIO FIERI
debet.**

S. 3.

- 4 **D**ictus Provisor revisionem facere debet, non ad salarium tantum extorquendum absque aliqua pupillorum utilitate, neque inventarij prævia cognitione, vna, eadem quemet prouisione in omnibus vrendo, nempe assoldadense os orphaos, arrendense os bens a pregão, metasse o dinheiro no cofre &c. sed ad prouidendum inventarium à principio, ætas pupillorum inspiciendo, & an datus illis sit tutor, an idoneus, & sollicitus in administrandis bonis, & personis pupillorum ad bonum, & utile dirigendis, an mobilia, quæ ipsorum usui necessaria non sunt, vendita fuere, & pecunia in theca numaria pupillorum tradita, res enim pupilli, perituras tenetur tutor distrahere, *Larrea decis. Gran. 92. num. 11.* & an ab ipso tute per interpositam personam, vel ab ipsorum officialibus empta, an sub hasta conducti fructus, & redditus bonorum, & an justo prægio? & si pecunia considerabilis sit, ad hoc ut possint bona immobilia emi, vel licite usuræ dari minori, vt est in usu, & tenet *Gutier. de tut. part. 2. cap. 9. à num. 16.* estque *Ord. nostra lib. 1. tit. 87. q. 25.* jubere debet vt emantur, præcis pue quando ætas minoris ab ætatis majoritate mul-

tum

tum distat, minoribus namque adultis hoc magis præjudicium, quam commodum afferret, debet etiam in actu revisionis inuentarij tutores male administrantes remouere, siue tutores sint testametarij datiui, aut legitimi, juxta L. i ff. de suspect. tutorib. vbi in 2. i. & sequentibus habes multa de materia ; & denique curabit Prouisor adimplere legem nostram Regiam d. lib. i. tit. 62. à 2. 28. usque ad §. 38. & lib. i. tit. 87. vbi Legislator tam circunspecte minorum personis, & eorum bonis prouidet, ut nihil dici possit, quod in dicta lege dictum non sit, & tu quæ alia volueris de materia, vide per Gutier. de tutel. & per supra citatos de eadem materia agentes, & aduertendum quod etiam tenetur Prouisor errores rationum emmendare.

Dixi supra proxime in actu revisionis, posse Prouisores tutores remouere, quia lex hoc tantum eis in dicto actu permittere videtur, vt colligitur ex principio d. §. 28. juncto 2. 29. in verbis ibi, que nos lugares de suas Comarcas em que forem &c. & ibi, & verão os inuentarios &c. extra enim dictum actū judicibus pertinet dicta remotio, & omnis super minoribus, & eorum tutoribus jurisdictione, & ab ipsis ad Prouisores supplicatur in casibus de quibus in s. 34. cum sequenti, & in similibus. Et nota, quod Prouisor singulos in suo triennio Iudices orphanorum perpetuos sindicare debet, secundum

legem extrauagantem, quæ ad calcem Ordinationis nostræ scripta est, quæ intitulatur *Ley sobre de-nassar dos Officiaes de justiça*; & quoties in aliquo fuerit oppido correctionis suæ gratiâ, debet se per acta, & etiam per testes, quando judicis, aut officialem excessus id exposcat, informare, & contra ipsos procedere, si ex informatione culpa aliqua resultet, ut jubet d. Ord. d. l. 28. & aduertendum quod Provisor quando est in sindicatu judicum orphanorum partitiones facere nequit, teste Barb. qui *Phæbum* citat ad Ord. in l. tit. 74. §. 4. num. 3. ut sup. 2.

DE TUTORIBVS ET excusatione eorum.

v. 4.

QVIA quotidie ad Proviseores veniunt tutorū de iudicibus querimoniæ, & grauamina in ipsos interponuntur, liceat aliqua frequentiora prælibare; pro hujus materiæ base sciendum est tutoris munus necessarium, & publicum esse, & vnumquemque inuitum illud acceptare teneri L. i. de administ. tutor. L. fin. C. eodem §. nunc dicendum d. sciendum inest. de Attilian. tut. Cancer. tom. i. var. cap. 7.n. 70. Gilganet. de tutel. lib. i. tit. 8. nsc ab ipso excusabitur ex eo quod quis dicat à muneribus publicis esse immunem, siquidem in tutela,

&

& cura specialis requiritur exceptio, per L. non tantum & eos cum sequent. ff. de excusat. tutor. cap. 1. num. 2.

Neque postquam tutelam, vel curam agnouit, 7
quia tunc excusari nequit, L. causis de excusat. tut. Gutier. de tutel. part. 1. tit. 21. num. 35. terminus autem quo quis ante susceptam tutelam, illam recusare potest quinquaginta dierum, à die sententiæ tutelæ dationis est, qui à jure præfinitur, ut in §. qui autem Inst. de excusat. tutor. L. jure oportet & 1. & 2. ff. eodem. Gutier. sup. num. 33. ubi si absens sit, datur tutor, quomodo numerandi sint dies.

Excusabuntur vero ultra illos, quos lex nostra 8
lib. 4. tit. 104. recenset, omnes qui super tota hereditate, vel majori parte bonorum litem pupillo moturi sunt, vel ex conuerso, §. item propter litem, Inst. de excusat. tutor. L. propter litem ff. eodem Grejer. sup. num. 7. & ille qui tres tutelas habet, aut unam tam diffusam, & magnam, ut secundæ non vacet, idem supra à num. 8. usque ad 11. Ille qui scribere, & legere nescit, negotiorumque sit expers, quod fallit in versato, & sagaci, quamuis legere, & scribere nesciat, & tradit d. Gutier. n. 17. d. cap. per tot. & Balth. Thom. sup. d. tit. 25. cap. 1. per tot. per quos eas videre poteris, & per ab ipsis citatos.

§. 5.

9 **A** Duertendum tamen est, primō; quod supra dicta non procedunt in testamentario tuto-
re, qui se excusare nequit, secundū in Courar. præt.
18. num. 13. Gutier. d. cap. 21. à nun. 20. Thom. sup.
num. 139. nisi casu, quo post condicione testamen-
tum superuenissent capitales inimicitiae, vel si præ-
cessissent, nominatus esset tutor, ut vexaretur, quo i
moribundo Christiano non est credendum, ut per
10 supra citatos dictis locis, & in hoc poterat discuti
super tute se excusante, an amittat legatum in
testamento relictum, & illud amittere resoluit, cum
innumeris DD. Thom. sup. num. 180. & quod pu-
pillo applicetur num. 81. & legato accepto excu-
sari non posse num. 182. Et an dictum legatum cum
decima apud Hispanos, & apud nos vigesima pro
salario tutori debita cum ipsa vigesima compen-
sandū sit, resoluit affirmatiue, sed varijs distinc-
tionibus, & limitationibus, Gutier de tutel. part. 3. cap.
5. per tot. per quem videre poteris, si casus occurrat.

 Aduertendum secundō, quod tutor quamprimum potuerit, debet inuentarium facere de rebus,
& juribus pupillo pertinentibus, L. tut. 24. C. adm.
tutel. Valasc. conf. 8. num. 14. quia eo non confecto
non potest dictas res administrare L. tutor 8. C. eo-
dem Glos. verb. mix in d. L. tutores; imo si aliter se
tutelæ

tutelæ imimscuerit, ut suspectus remouebitur L. ve-
ris q. fin. C. arbit. tutel. Aifa. collect. 450. Merlin.
controu. cent. 2. cap. 73. num. ii. & contra eum jurabi-
tur in litem.

Aduertendum tertio, quod si in inventario non
fuerint aliqua bona hæreditatis scripta, quod tutor
pro pœna subnegatorum expoliari potest, & non
pupillus, primò, quia hæc subnegatio crimen, &
furtum sapit, ideoque pœna illud committenti im-
ponitur, per Ord. lib. 1. tit. 87. q. 9. pœnaque suos
authores tenere debet, & non insolentes, L. Sancimus
C. de pœn. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 38. Phœb. I.
part. decif. 15. num. 2. nemo enim alterius facto
prægrauari debet, L. si quis in suo § legis C. inoff.
testam. regula non debet de reg. juris in G. Surd. conf.
22. num. 29. Secundò, quia tutor de damno dato
in re pupilli propter culpam, aut negligentiam suā
tenetur, L. si tibi 6. C. de testam tutel. Phœb. 1. part.
decif. 140. n. 18. Ord. lib. 1. tit 88 q. 3. Et 50 quod
confirmatur ex eo, quia si tutor nulliter rem pu-
pilli alienat ipse de euictione tenetur, & pupillus
contra illum actiones cedens liberatur, Merlin. 13
contr. cent. 2. cap. 76. per totum.

Aduertendum quartó, quod tutor datus in te-
stamento patris, matri tutelam volenti non præ-
fertur, Giurb obs. 23. per totam; deinde quod tutor qui
legitime a tutela excusatur non tenetur petere, ne-
que nominare alium pupillo tutorem, Amat. resol.

46. à num. 19. & quod tutori semper bonorum pupilli facta præsumitur traditio, adeo ut ei incumbat onus probandi contrarium, *Surd. decis. 184.* per *text. ire L.* cum de indebito & fin autem. ff. de probat. Sed nota, quod contra eum pro redditione cōputi tutelæ non potest via executiua procedi, ut tenet d. *Amat. resol. 59* à num. 2. & 13, secus pro summa confessata, & liquida in ratiocinio, ut num. 29.

Reliqua de materia, ne ab instituto nostro deviemus, poteris videre per *Gut. sup. de tutelis Canc. 3. var. cap. 7. Escob. de ratioc. verbo tut. in indice, per Grat.* in suo indice verbo tutela, & pèr indices *Surd. d. verbo.* & ex nostris Regnicolis per promptuarium juris nouiter editum eodem verbo, & verbo tutor, & late eruditiss. *Pegas forens. cap. 3. num. 700.* & sequent. & tom. 1. ad *Ord. lib. 1. tit. 1. §. 43.* vbi multa.

¹⁴ Aduertendum quintó, quod quamvis pupillus à testamentario tuteore auocare nequeat, ipse que a tutela remoueri, educatio illius semper Iudicis arbitrio relinquenda est, dummodo arbitrium sit discretum, & rationi consonum, quia futura, & post mortem accidentia, non potuit testator præuidere. *L. 1. & 2. C. vbi pup. educ. deb. Bald. lib. 5. conf. 487. Menoch. de arbitr. cas. 186. Vini. decis. 16. n. 5. Valenz. conf. 36.* à num. 20. utilius enim pupillo semper quærendum est, *Mastr. dec. 230. à num. 15. Greg. Lopez. L. 1.*

CAPVT QVARTVM.

S V M M A R I V M .

- 1 **C**ognitio bonorum absentium quoad traditiones Prouisoribus data.
- 2 *Absentia quæ requiratur ad traditionem.*
- 3 Ibid. *Vita hominis, quamuis vsquead centum annos extendi possit, non ideo quis vsque tunc viuere presumitur, reprobata Gloss. verbo liquerit in L. 2. q. si dubitatur.*
- 4 Ibid. *Præsumptio quod quis viuat per centum annos, tantum pro reo excipiente facere potest.*
- 5 **C**ura bonorum absentis, tam masculis, quam fœminis, tam majoribus, quam minoribus competit.
- 6 *An quando curatore relicto absit minor, danda sit cura bonorum proximiori transacto decennio.*
- 7 *Sententia à processu extrahi ad traditionem faciendam, non est necesse.*
- 8 *An cura bonorum deferatur jure hereditario, vel curatorio.*
- 9 Ibid. *Affirmatiæ partis fundamentum deductum ex nostro §. 83.*
- 10 *Pro mortuo habetur, qui à lege mortuus reputatur.*
- 11 Ibid. *Præsumptio legis, dum contrarium non constat, pro veritate habetur.*
- 12 Ibid. *Heres sub conditione potest constitui, & dum pendet*

- pendet conditio, revocabiliter dominus est.
- Ibid. Semel haeres non definit esse haeres.
- 8 Negatiua, & verioris fundamenta ex eadem Ordinatione, & alijs legibus deducta.
- Ibid. Haeres eo ipso quod haeres, dominus efficitur.
- 9 Confirmatur negatiua ex sequentib.
- Ibid. Verba legis, ubi non conueniunt, non conuenit ejus dispositio.
- Ibid. Et secundum subjectam materiam, & naturam actus intelligenda, & secundum propriam satisfactionem.
- 10 Rubrica quando est perfecta, potest pro lege allegari.
- Ibid. Leges secundum rubricam sub qua sunt, intelligi debent.
- 11 Ratio assignatur ob quam affirmativa substineri debet.
- Ibid. Hereditas est successio in uniuersum jus quod defunctus habuit tempore moriis.
- Ibid. Res mea ad alium sine facto meo transferri nequit
- 12 Absentis bona jure curatorio, & non hereditario deferuntur.
- Ibid. Procuratore relicto, à partitione administrationis rejiciuntur consanguinei venturi ab intestato, dum de morte absentis non constat.
- Ibid. Mandatum morte mandantis expirat.
- 13 Respondetur fundamentis negatiue.
- Ibid. Verba generalia, & universalia omnia includunt.
- 14 Possessor bona fidei suos facit fructus.
- Ibid. An curator non solum absenti redeundi, an ejus ha-
redi

redi scripto, sed etiam novo curatori proximiorum gradum ostendit fructus cum bonis restituat.

Ibid. Lex nihil otiosum continet, & omne superfluum vitat.

15 Fidei jussio, non per actuarium Prouisoris, sed per tablionem fieri debet.

Ibid. Traditione facta cessat jurisdictio Prouisoris circa rationes.

16 Inuentarij materia remissive.

D E A B S E N T I B V S.

Sicut judicibus pupillorum de personis, & rebus eorum cognitio, per L. nostram lib. i. tit. 87. data est, ita de bonis absentium eisdem concessa fuit, per d. L. tit. 89. & in consequentiam Prouisoribus ex ea d. lib. tit. 62. à q. 38. in ea tantum parte, qua eis jurisdictio conceditur, nempe quoad traditiones bonorum quæ non excedant centum mille nummorum summam, extra quinque curiæ leucas super absentium bonis, & causas super traditione notas, ex d. q. in fin. & quoad grauamina super dictis bonis de quibus, sicut interpositis super rebus pupillorum cognoscere potest ex identitate rationis quam insinuat. d. Ord. i. tit. 89.

ABSENTIA QVÆ REQVIRATVR,
& quantum duret vita hominis.

§. I.

Absentia decem annorum, ad hoc, ut admis-
 tratio, seu cura peti possit, requirit nostra
 Ord. §. 38. cum qua consonat Partitarum jus in L.
 14. tit. 14. partit. 3. quamuis Bald. conf. 90. num. 2.
 tom. 2. viginti annorum lapsus dicat necessarium
 ad hoc ut quis, de quo nescitur, mortuus præsu-
 matur, cum secundum Glos. in L. 2. 2. si dubitetur,
 verbo liquerit ff. quemadmodum testam. aperiantur, per
 centum annos quis viuere præsumitur, sed neque
 ex Baldi opinione per viginti annos quis mortuus
 potest præsumi; nam si ita præsumeretur, ex legali
 præsumptione, quæ liquidissima probatio est, se-
 cundum L. si quis locupletes ff. de manum. testam. Surd.
 conf. 132. num. 7. & conf. 1. num. 42. Masc. concl.
 212. num. 2. non peteretur a venientibus ab intesta-
 to cura bonorum absentis, sed hereditas, neque
 opinio glossæ sibi inerit valet, imo communiter re-
 probatur, ut per Suar. in pract. civil. tom. 1. part. 3.
 Gutier. lib. 2. pract. quast. 6. & Menoch. d. præsumpt.
 lib. 6. præsump. 49. quia licet censurâ juris longior
 esse nequeat vita hominis quam centum annorum
 in L. fin. C. sacros Eccles. L. proponebatur 6. de iudic.
 non ideo quis viuere præsumitur usque ad centum

an-

annos, sed quod usque ad dictum tempus viuere potest; & hoc est quod dicit L. fin. & sicut debet intelligi Valasc. & alij cons. 193. num. 7. vnde dicit Giurb. de stat. cap. 4. Gloss. 1. num. 7. quod haec presumptio tantum facere poterit pro reo excipiente aliquem viuere per centum annos, & non pro auctore,

*QVIBVS PERTINEAT CVRA
bonorum absentis?*

v. I.

HAEC curam tam masculis, quam fæminis, tam majoribus, quam minoribus proximioris gradus consanguineis ab intestato absenti successoris pertinere docet. Ord. sup.

Dum omnes admittit consanguineos, qui haeredes absentis forent, si mortuus esset, sub qua generalitate omnes cujusque sexus, & ætatis comprehenduntur, ut tradit Efcob. de ratiocin. cap. 6. à num. 47. & melius num. 52. quæ tamen cura tantum locum habere potest quando absens procuratorem non relinquit, ut idem dicit num. 50 *et* tenet Vaz alleg. 79. qui à nro. 6. de hac nostra Ordinatione agit, cumque dicta cura ad instar haereditatis ab intestato competit, in ea præferendi sunt consanguineis utrinque conjuncti illis, qui ex uno tantum latere sunt, in eaque locum habere debet repræsen-

Tij tatio

tatio, ex eodem Vaz. sup. à num. 10. si multique filij vnum consanguineum repræsentent, non in capita, sed in stirpes, ipsis traditio fiet, ad quam faciendam in forma dictæ legis præcedere debet, quamvis multi sint consanguinei, vnica fidei jussio, & alia requisita ibi desiderata, licet ex stillo vnuſ- quisque ex consanguineis suam pro ea parte, quæ ei competit, fidei-jussionem præster, quod foſan admissum fuit, ex eo quia non tam faciliter ad integrum hæreditatem, seu bona tradenda inueniretur fidei jussor, ut ad vnamquamque partem inue- nitur.

4 His ita resolutis, dubitari potest, an quando absens in minoritate à patria, aut Regno abfuit relichto curatore, debeat traditio bonorum proximiori fieri transfacto decennio, & quamvis Escob. de ratioc. cap. 6. num. 80. videatur quod expectandus est vigesimus quintus annus, mihi magis placet, quod statim post decennium dicta traditio fieri potest, si quidem lex generaliter, & absque vlla distinctio- ne locuta est, & vbi ea non distinguit, nec nos di- stinguere debemus, & tutoris officium principa- liter personam pupilli respiciebat, deficiente dicta persona transit in bonorum curatoris officium, quod lex post decennium proximioribus concedit.

Hæ traditiones, tam per sacram Palatium, quā per Provisores petentibus consanguineis commu- niter, absque aliorum quibus pertinere possunt ci- tatione

tatione fieri solent, vnde euenit quod post ipsas factas, si apparet aliis & quali gradu consanguineus, & suæ partis traditionem petit, & cum vigilantibus, & non dormientibus jura succurrant, videbatur dicendum, istorum petitionibus deferri non debere, verumtamen, cum hoc jus curatellæ per illud hæreditatem ab intestate metiatur, semper, & quolibet tempore eis via patere debet ad suam partem consequendam, dummodo legis formæ satisfaciant, quam habere non possent si citati non comparuissent; aut dictæ formæ non satisfecissent, nisi namque tunc fuissent juri suo renuntiasse, quod vnicuique liberum est.

Sed quia ad has traditiones sit semper præambulus processus do quo in d. l. 38. & actuarij ex ipso latissimam sententiam in partium dispendium abstrahere solent; cum lex jabeat quod probatio cum inuentario, & obligationis scriptura jungatur, & traditio per terminum fiat; aduertendum videotur quod Prouisores dictas sententias extrahere non permittant, quando lex eas non desiderat, & idem valent inuentarijs injunctæ, quod ipse processus absque illis; & quando regulariter non dantur, nisi parti eas volenti, & petenti, quando eas pro titulo scruare vult, & non ad eas inuentario injungendas quando processus sufficit, quod etiam procedit in carthis partitionis extrahendis quæ non inuitis, sed petentibus dari debent.

*AN ISTA BONA REGVLENTVR
jure hæreditario, vel curatella?*

2. 3.

¶ **H**is præhabit is, nunc disputanda, & resol-
uenda venit illa inter literarum Professores
satis controuersa disceptatio, an scilicet hæ-
reditum bona proximioribus consanguineis jure hæ-
reditario deferantur, ad hoc ut filius patri in cura,
& administratione illorum succedar, an mortuo
dicto patre, vel auo, alio consanguineo in proxi-
miori gradu existente ad curam admitti debeat ex-
cluso remotione, qui hæres fuit primi administra-
toris. Et pro affirmatiua parte nempe jure hære-
ditario debere deferri stat legis dispositio d. §. 38.
& verborum series, ex qua manifeste colligitur,
quod dicta lex hæredes absens ad suorum bono-
rum curam invitat, ut est videre ibi, & a maneira
perque o dito requerente he parente, & herdeiro do ab-
sente; & si hæredem desiderat, necessario dicen-
dum est, quod cura hæreditario jure defertur, ad-
ministratores quo ut hæredes, se habere debent,
tam in dominio bonorum adquirendo, quam in
dicta cura ad hæredes ipsorum transmittenda, quin
obstet tradita esse bona eo pacto, & conditione,
ut absenti si apparuerit tradantur, quod pactum,
& conditio translationem dominij impedire vide-
tur

tur; si enim absens speratur, ut usque ad centum annos potest viuere, ut supra ostendimus, res sua sine facto ejus ab eo auferri non potest, ut est vulgare; quia respondetur quod lex ipsum pro mortuo habet, dum pro tali reputatur, ut ex d. l. colligitur juncta L. 14. tit. 14. part. 3. & Bald. sup. cons. 90. num. 2. tom. 2. & præsumptio legis dum contrarium non constat vim probationis, & veritatis habet, ex Masic. concl. 171. num. 37. & concl. 176. n. 40. Deinde quia hæres sub conditione potest constitui, & tamen dum pendet conditio, vere reuocabiliter dominus est L. generaliter §. sub condit. ff. de reiuind. Gom. variar. cap. 2. num. 11. quia qui semel fuit hæres regulartier, non desinit esse hæres; itaque dum absens non apparet, aut ejus testamētum in quo aliis hæres institutus sit, debet hæres esse ille cui bona, sicut hæredi tradita fuere, & suis hæredibus ea transmittere potest; si quidem tantum supra dicti duo casus per Ordinationem excepti sunt in illis verbis ibi, a tornar a fazenda, ou a parte que lhe cabe ao absente se aparecer, ou a quem nela riuier direito &c. quæ verba proxima de hærede instituto intelligi debent, ex his quæ Salgad. labyr. cred. part. 1. cap. 8. num. 49.

Pro negatiua nempe mortuo curatore, non ejus hæredibus sed proximioribus absentis consanguineis, qui gradu dictos curatoris hæredes præcedūt, dicta bona pertinere, facit, Primo totius tituli materia

teria in nostra Ord. lib. 1. tit. 62. nam ad meram curam, & administrationem personarum, & bonorum pupillorum absentium, Capellarum, Hospitalium, tertiarum, & Conciliorum latus fuit, quin de aliqua successione in eo agatur. Secundō verba ipsius legis, si quidem verbum tradere, & traditio nullomodo successionibus, aut hæreditatibus convenit. Tertiō, quia verbum curator, quod idem est ac tutor bonorum, de quo Legislator utitur ab omni hæredis nomine, aut sensu alienum est, & tam tutori simile, ut eadem *Lex in d. 2. 38. in fin.* Prouisoribus jubeat quod ipsa per eosdem ita seruetur, tam circa traditionem facultatum, minorū, quam absentium, in quo cura, & tutela, & vtraque bona, & eorum administrationes æquiparata sunt, sicut etiam datio tutoris minorum, & cura absentium æquiparantur, dum lex in una & altera proximiore consanguineum querit, ut in nostro *¶ in Ord. in 4. tit. 102, §. 5.* Quartō, facit etiam ordo scripturæ & titulorum, quia cum à d. 28. usque ad 37. hoc tit. 62. egisset de tutela minorum, & de eorum bonis, in §. sequenti agit de cura bonorum absentium, & eodem modo se habuit Legislator tit. 87. & 88. in quibus de rebus pupillorum agit, & tit. sequenti 89. de rebus absentium, quin in dictis titulis aliquid de hæreditatibus pupillorum, aut absentium agat.

Quintō, juuat deinde quod nunquam dictus
Le;

Legislator dum de bonis absentis egit, ea hæreditatem vocavit, sed facultatem, ut cernitur d. §. ibi, *entregar a fazenda de algum absente*, & ibi, *er que a fazenda he a sua*, & ibi *que se quer obrigar a tornar a fazenda* &c. qua locutione non vlus fuisset si hæreditas reputaretur dicta facultas, & si dominium non penes absentem, sed curatorem esset; si enim curatores hæredes essent, vt volunt contrariae opinionis sequaces, diceret Legislator, *a restituir a heranca*, & não a tornar a fazenda; & dominium ipsorum esset, ad L. cum hæredes ff. acquir. poss. Gom. L. 45 Taur. n. 103. Valasc. conf. 76. n. 3. & 136. n. 5.

Confirmantur supra dicta ex eo qui verba legis non conueniunt, non conuenit ipsa dispositio L. q. toties ff. de dam. infect. L. ita autem ff. adm. tut. Hypol. ad rubr. C. prob. num. 454. Gail. lib. de pace pub. cap. 13. num. 17. Tiraq. verb. liberté num. 2. Grat. cum multis cap. 629. num. 8. tom. 4. & secundum subiectam materiam, & naturam actus sunt intelligenda L. si vno, vbi Barth. ff. locat. L. insulam ff. præscrip. verb. Masc. de prob. concl. 1131. num. 20. Surd. decis. 2. num. 13. & decis. 43. num. 16. Menoch. de præsumpt. quæst. 104. num. 28. lib. 3. Card. verbo verbum num. 4. & secundum propriam significacionem interpretanda d. Card. n. 6. d. Surd. decis. 188. num. 27. L. non aliter 69. de leg. 3. at qui subiecta materia hujus & 38. & præcedentium erat tutela, & cura pupillorum, suorumque bonorum, &

absentium, & eorum hæreditas, proprietasque
verborum quæ supra prænotantur, contractui, &
non ultimæ voluntati conueniebant, ergo &c.

IO Confirmatur etiam, quia titulus, & rubrica de-
monstrant legum materiam, idemque est rubrica
quod legis materia, ideoque quanlo est perfecta,
potest pro lege allegari, Gail. in tit. de pignoratitia
obs. 4. num. 2. & secundum rubricam sub qua sunt,
& sic secundum materiam ipsarum debent leges
intelligi DD. in L. Imperatores ff. de in diem adject.
Egid. in L. i. Cod. Sacros i. part. §. 7. num. 1. circa fin.
Barth. in L. fin. in princ. ff. conduct. indeb. Cab. i. p.
decis. 33. num. 2. atqui materia nostræ legis, quæ
idem valet, quod rubrica, tantum circa pupillotū,
& absentium personas, & bona versatur, & circa
similia, quin de hæreditatibus aliquid agat, ergo
&c..

II Accedit quod si vera esset contraria opinio se-
queretur, quod si absente aliquo, suo post decen-
nium proximiori delata fuisset ut hæreditas cura
bonorum, ipsaque mortuo suis proximioribus, &
ab ipsis alijs &c. & transacto magno annorum cur-
su, intra illud tamen quo quis viuere potest, per
veram notitiam, & justificationem ostenderetur,
quod vixit absens usque ad tales diem, vel annū
in quo successores in cura, vel hæreditate (ut vo-
lunt aduersi) primi ad dictam hæreditatem admissi
remotiores inueniebantur, tunc temporis alio con-
san-

sanguineo cui largior ætas potiora dedit jura , si quidem tempore mortis meliorem gradum habebat, quam possessores bonorum, sequeretur inquā, quod si hæredes forent reputandi, ex eo quia semel hæres non desinit esse hæres, magna inæquitas daretur, legumque, & regularum juris evidens abrogatio , & repugnancia, nam si à die mortis defertur hæreditas, cum sit successio in vniuersum jus quod defunctus habuit tempore mortis, juxta L. hæreditas 62. de regul. jur. L. nihil aliud 24. de verb. signif. Grat. cap. 650. num. 8. & cap. 685. num. 8. à die datæ curæ deferri non potuit, cum tunc vixisset absens , & esset legem agere de hæreditate viuentis, quæ de ipsa agi vetat, secundum vulg. & transferri absentis rem sine facto , nec consensu suo , quod fieri nequit, ex his quæ Gom. L. 40. Taur. num. 3. Pinel in auth. nisi num. 29. C. de bon. mat. Paleot. de nothis, & spur. cap. 25. n. 4. proprioque dominio priuari, & verum, & legitimum hæredem delata sibi à jure hæreditate ; quæ iniquitas, & tam damnosum inconueniens non patitur , quod jure hæreditario deferatur cura bonorum absentis, sed jure curationis , in quo nullum consideratur inconueniens, alterum etiam daretur ; & ipsius legis nostræ repugnancia, nam si ipsa jubet quod cura bonorum absentis detur proximiori , si proxima vice admittetur tantum proximior, sequetur, quod si talis proximior dictam curam trans-

mitteret, in alium, & iste cum hæreditas jam sua dicatur, & non transmittentis, neque absentis, ex Salg. in labyrinth. cap. 25. part. 2. à num. 94. eam extraneo relinquat, quod facere potest, de suo nāque quis ad librum disponere valet, jam non seruaretur ipsa lex quæ disþonit quod dicta bona semper in manu, & potestate consanguineorum sint; sequereturque quod etiam ea vendere possint curatores, cum eadem lex jubeat ipsa identica bona absenti, si appareat, tradi debere, ut patet ex verbis ibi, que se quer obrigar a torn ir a faz:nda, ou a parte que lhe foi entregue ao absente &c.

- 12 His ita consideratis, absentium bona jure curatorio, & non hæreditario deferri debere dicendum est; hancque partem tenuerunt apud Hispanos, Escobar de ratioc. cap. 6. à num. 47. Parlador quotid. quæst. 2. q. 1. num. 2. Gutier. de tutel. 3. part. cap. 17. num. 3. Greg. Lopez in L. 14. tit. 14. part. 3. verbo abonda que prueuen, & apud nos Phæb. 1. part. decif. 42. num. 5. Thom. Vaz. alleg. 79. n. 14. & d jure communi text in L. cuius ff. curator. furios. quem Bartholus singularem, & peregrinum vocat, & potest etiam fulciri ratione, nempe quia si relicto per absentem procuratore, dum de morte ipsius non constat, non potest agi de cura bonorum, & à petitione administrationis rejiciuntur venientes intestato, ex eo quod potest viuere absens, ut cum Caualcano tenet dictus Escobar Jup. num. 10. Thom.

Vaz

VaZ cum pluribus alijs d. alleg. 79. num. 6. mani-
feste conuincitur quod nec decennium, nec mor-
ti opinio morium præsumit absentem, si quidē
procuratorum mandatum morte mandantis expi-
rat, *L. mandatum C. mandat. Tusc. lit. M. concl. 65.*
Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 23. num. 17. & mortuo
absente per præsumptionem, per ipsam caduca, &
inutilis censetur procuratio, quod inter nos non
admittitur; quia si admittieretur, lex hæreditatem
deferret, & non curam bonorum concederet pro-
ximioribus, & tandem si hæc tam de plano non
procederent, sufficeret quod nullus ex Regnicolis
qui legem nostram agnoscunt, contra hanc reso-
lutionem quidquam dicere ausus fuerit, de quo
vide multos quos refert eruditiss. *Pegas forens. cap. 3.*
num. §19. 820.

Neque obstant in contrarium adducta, nempe
verba legis, ibi *he parente*, & herdeiro do *absente*
&c. quibus lex bona venientibus abintestato ut
hæreditaria deferre videtur, quia responderetur quod
dicta verba, non dispositionis, sed rationis, & cau-
sæ mouentis Legislatorem gratiâ posita fuere; nam
de dictis bonis derelictis nullus alias potuisset a-
gere, vt ille qui in eis succedere sperabat, ideo
lex ipsum inuitauit ad administrationem, & non
ad hæreditatem, ex supra dictis, vt etiam ad pu-
pillos mercede conducendos proximiores consan-
guineos inuitat eadem lex d. lib. 1. tit. 87. §. 13. ibi

preferindo sempre os parentes mais chegados &c. & ita ad tutelam ipsorum, vt in Ord. lib. 4. tit. 112. s. 5.

Non obstat mortis præsumptio, & fictio, quia respondeatur quod lex nostra absentem post decen-
nium mortuum non præsumit, sed ad traditionem
bonorum tantum requirit, quod pro mortuo à po-
pulo habeatur, forsitan ut incertitudo personæ ab-
sentis, & loci ubi degat, ad ejus bona majori justi-
ficatione tradenda viam aperiat, & præsumptio
populi non est præsumptio legis, ad hoc ut con-
trariæ doctrinæ procedere possint; si enim præ-
sumptio legis esset, vt est præsumptio, quod homo
potest viuere usque ad centum annos, sicut ipsis
transactis bona vt hæreditaria venientibus abin-
testato deferrentur, ita post decennium deferuntur,
& non ageret lex de cura illorum, neque fidei jus-
sionem requireret.

Non obstat denique quod hæc hæreditas, seu
facultas vt eam appellat lex, sub conditione defera-
tur in casu in quo absens non appareat, aut ejus
scriptus hæres, & quod in nullo alio possit à cura-
toribus auferri, quia respondeatur, quod non ex con-
ditione, sed natura rei, & actus procedit, namque
cum curatores non domini, sed nudi possessores
sunt, non solum domino apparenti, aut ejus hæ-
redi, sed etiam cuicunque consanguineo, qui in
proximiori gradu sit, & eos præcedat, restitui de-
bet; id enim importat generalitas verborum, ou a
quem

quem nella tuer direito, verba enim generalia , & vniuersalia omnia includunt, ad L. Julianus ff. de legat. 3. L. generaliter ff. de legat. præstand. Surd. decis. 122. num. 1. Valasc. conf. 113. num. 21. deinde considerari debet quod nunquam prælumendum est legem voluisse , vt dominia rerum essent incerta contra dispositum in L. vlt ff. comum. prædicto.

Neque replicari potest quod si nos supra dicimus dictam administrationem, tam fœminis, quæ minoribus pertinere , cum fœminæ , & minores curatores esse nequeant, necessario concedere debemus quod ipsis jure hæreditario, & non curationis deferuntur absentis bona, quia respondetur, quod quamuis ad instar hæreditatis administratio seu cura concedatur, non tamen ut hæreditas conceditur, neque in curatores jura aliqua quæ ipsos hæredes constituant transire possunt; si quidem neque dominum habent, neque jus transmittendi, nec similia, & quod sint fœminæ, aut minores, non inconuenit, quia cum in eis detur ratio legis quæ est melior conseruatio bonorum quæ in ipsis consideratur, fœminæque ut sua bona administrant, & conseruant, possint absentis administrare, & minores eodem modo per tutores suos, non datur inconueniens ob quod curatores esse nequeant.

Dubitari tamen potest, cum curatores bonæ 14 fidei possidores sint, justoque titulo possideant, & bonæ

bonæ fidei possessor suos faciat fructus & si quis à non domino inst. de rerum diuis. L. bona fidei ff. acquir. rer. dom. cum similibus Gom. variar. cap. 12. à num. 38. Phæb. 1. part. decis. 53. num. 33. licet cum titulo inualido possideat, ex d. Phæb. & Surd. cons. 115. num. 1. an non solum absenti redeunti, aut ejus hæredi scripto, vel ab intestato bona cum fructibus restituere debat, sed etiam consanguineo proximiorem gradum ostendenti, & quamvis supra dicta jura pro curatore faciant; dicendum puto, cum curator, non ut hæres, sed ut administrator possideat, ut supra ostensum est, & lex nostra d. §. 38. in verbis ibi, a fazenda que he o que val, & rende &c. jubeat non solum bona in termino traditionis declarari qualia sint, sed eorum valor, & pruentus, & leges nihil otiosum contineant, imo omne superfluum vitari commendent, ad L. tunc cogendum §. Sabinus ff. de procurat. Grat. cap. 639. num. 31. tom. 4. ipsum curatorem bona cum fructibus tenet restituere in quocumque cumentu ex supra dictis, nam sicut & ejus hæredi tenetur, ita nouo curatori, cum nouus curator eandem obligationem restituendi in se accipiat, & quando curatori non restituat, æquiorem sequendo sententiam, semper fidei-jussiones manebunt in suo robore ad faciendo dictam restitutionem hæredi, cui sicut absenti semper fructus debentur.

15 Aduertendum tamen est, quod Prouisores dictam

ctam declarationem cum prævia cognitione, seu informaticne in termino traditionis ab actuario scribi facere debent, & quod instrumentum fidei-jussionis fieri etiam debet, non per suum actuarium, sed per publicum tabellionem, vt insinuat d. Ord. *in verbis ibi*, o qual fidator se obrigue por scriptura publica, quia quamuis in aliquibus signum actuarij Prouisoris, ex Ordinatione, speciali Regis gratia habeat, hoc non procedit in contractibus minorum in quibus lex necessario tabellionem requirit, aut ob publicam fidem quæ in eo magis consideratur, & ob stipulationes, & acceptationes quæ ab ipsis fiunt, aut ob custodiam notarum vbi securiores manent contractus.

Deinde notandum, quod traditis sub dicta fidei-jussione bonis absentis, cessat in inuentorio iudicis officium circa rationes exigendas, & Prouisoris circa eas recidendas, & tantum casu quo absens appareat, aut in alium consanguineum proximorem deferatur, hæreditas, vel cura bonorum debent exigi ad bona cum fructibus, absenti hæredi, aut nouo curatori tradenda, vt supra.

Et de materia inuentarij, quæ magis orphorum judicibus pertinet, Prouisoribus aliqd scire oportet, videant *Tuse. lit. I. concl. 346. cum sequent. Valasc. de part. conf. 8. & conf. 69. & conf. 52. rubri-alias de materia citat num. 4. Gam. decif. 148. Giza-rel. & ejus additionatores decif. 56. Cancer. var. 3. p.* 16

cap. 2. Couar. tom. 1. cap. 1. à num. 18. Phanuc. de in-
nuent. Grat. forens. in Indice. verbo inuentarium, &
an pœna bonorum occultatorum transeat contra
hæredes defuncti occultantis, & quomodo Reinoz.
obs. 4. per totam.

CAPVT QVINTVM.

SVM MARIVM.

- Ib. **D**ifferentia quam Ord. facit Capellas circa.
Capella est ubi administratori datur certa
quota, & reliquum p̄is relinquitur, majo-
ratus vice versa.
2. An hæ Capellæ tantum, & an majoratus etiam in
defectum successorum corona deuoluantur?
- Ibid. Affirmatiue partis fundamenta, quæ sequenda est ex
eo quia bona vacanta corona applicantur.
3. Negatiue, quæ non sequitur, & ratio ob quam non
sequitur.
- Ibid. Diuersa res, & quæ diuersos tractus habet, diuer-
so jure censetur.
4. Institutior prohibere potest, n^o Ordinarius se intromittat
in prouisione Capellanorum, quando capella absque
ecclesiastica authoritate est fundata.
- Ibid. Contrariorum procedit quando secus.
- Ibid. Institutio ministrorum in sua diœcſi ad Episcopum
pertinet.

- 5 Menchace opinio contrarium sentientis refellitur, & declaratur quomodo supra dicta resolutio procedit.
- 6 An sicut Ordinarius compellit Monachos ad reddendas rationes Capellarum, possit etiam eos cogere Prouisor.
- 7 An in Capellis priuatis data prohibitione institutoris, possit Ordinarius circa cultum diuinum visitare?
- 8 Capellæ fructibus diminutis potest Episcopus onera minuere.
- 9 Immemorialis ad jus omnia prouidendi praescribendū per Prælatos, possessio requiritur, & cum titulo quadriginalis.
- Ibid. Præscribere non possunt subditi contra Prælatos, Rex vero, vel tertius sic.
- 10 Bona Capellæ, nec pro debitis institutoris alienari queunt
- 11 Constructione Capellæ hereditibus commendata, unusquisque qui adit hereditatem, in solidum obligatur.
- Ibid. An hæc constructio quando est instituta per laicum, pertineat Ordinario, an Prouisor, disputatur, & resoluitur quod unicuique pro suo mense.
- 12 Hospitalia regulariter ecclesiastica non presumuntur.
- Ibid. Limitatur in duobus casibus.
- 13 Prouiso Rectoris in Hospitalibus in titulum beneficiorum fundatis pertinet Prælato,
- ibid. In erectis à secularibus absque autoritate Episcopi secus.
- 14 Hospitalia Prælaii autoritate erecta, sunt loca religiosa, & immunitate gaudent.

- Ibid. Differerentia iuter hęc loca, & circa priuata Hos-pitalia.
- 15 In priuatis Hospitalibus potest Prælatus circa pia vi-sitare.
- 16 In emphiteuticatione bonorum Capellarum, &c. præ-ferri debet ille qui ea meliorauerit, & ejus hæres in licitatione.
- Ibid. An liceat dato jam plus licitanti ramo pænitere ante factam scripturam? disputatur & resoluitur?
- 17 An primus licitator liberetur, quando secundus plus obtulit.
- 18 An adita re possit secundus licitator plus offerens, & an majoris prætij oblatio, ad restituiones sufficiat.
- 19 De salario rationum tantum actum fuit in Ord. lib. 1. tit. 50. q. 7.
- 20 Salarium rationum Capellarum, & bonorum Concilij æquiparantur.
- 21 De salario confraternitatum que prouentus non ha-bent, quid dicendum pro utraque parte, disputatur, & resoluitur.
- Ibid. Verba generalia generaliter intelligenda.
- Ibid. Principium ut potissima cujusque rei pars semper inspiciendum.
- Ibid. Verba sequentia ex precedentibus intelliguntur.
- 22 Resilium ex prouentibus quod in eo anno non expen-ditur, non auget summan in anno sequenti ad majus salarium Prouisoris.
- Ibid. Salarium solum debetur quando Prouisor male ex-pensum exequitur.

*DE CAPELLIS, HOSPITALIBVS
E&c.*

§. I.

CApellam Ord. nostra hoc tit. 62. à §. 39. in duplaci sensu, & significatu sumit, Capellamque vocat Ecclesiam, vel heremitam, aut altare, in quo testator missam celebrari, aut alia pia fieri jussit, & capellam etiam vocat illa bona quæ ad dicta pia peragenda ex ipsorum fructibus destinavit, talique oneri subjecta, & vinculata relinquit, interque capellam istam, & majoratum, ut institutorum loquendi abusui currat, differentiam fecit, in §. 53. cum necessaria non esset; nam nomen, & appellatio capellæ, capellam non facit, sed institutionis forma; omnesque in quibus certum est onus, & incertum quod administrator remanet majoratus sunt, ut lex nostra declarat, & in Hispania idem seruatur, ut testantur ultra Mol. Gom. Gut. & alios Lara de Capel. & anniu. lib. 2. cap. 2. Gonzales ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 34. & ex nostris Cab. part. 2. decis. 51. à num. 4. Caesar de ecclesiastica Hierar. part. 3. disp. 14. num. 7. & capellæ in quibus certa fructuum quota administratori datur, & reliquum pijs remanet operibus, & ex his capellis oriuntur capellaniæ, de quibus d. Lara integrū composuit tractatū, quæ datur Clericis ad dicta pia peragenda, & dicuntur Capellani.

Xiiij Ex

Ex supra dictis dubitari potest, an supposita differentia quæ datur inter capellam, & majoratū, ex communi vſu loquendi, & consuetudine, quæ capellas tanūm, & non majoratus in quibus consanguinei deficiunt, ad regiam coronam deuoluit, sit hoc intelligendum ſolum de illis quibus datur quota administratori, an etiam de majoratibus, & pro parte affirmatiua, nempe omnes ad coronam deuolui, facit dicta consuetudo, de qua teſtantur Gam. decis. 193. & decis. 288. Cabed. 2 part. decis. 51. Caſar ſup. num 8 qui ita ab antiquo reſolutum, & judicatum affirmant, quæ consuetudo, cum bona capellarum, & majoratum defientibus consanguineis vacantia remaneant, fundantur in Ord. lib. 2. tit. 26. q. 17. per quam omnia vacantia corona applicantur.

Pro negatiua facit dicta differentia, diuersæ namque res, & quæ diuersos tractus habent, diuerſam habent ſubtantiam, & diuerso jure ciferi debent, juxta L. 2. q. quantus C. de veter. jur. enuc. L. conuentionum in princip. ff. de pactis, facit etiam quod illam antiquam conuetudinem, cum declarati voluerit D. Rex Ioannes II, per doctiflmos illius ſæculi Senatores in interrogacione, quam proponuit super capellis, in quibus quota fructuum habebant administratores, dubitatio ejus conſtebat, ut cernitur ex verbis illius, quas transcribit d. Gam. d. decis. 288. ad calcem num. 2. ibi ſomente se

paguem das rendas dellas per antiquo custume alguma
cousa à aquelles que as tem ; & cum super istis cade-
bat dicta consuetudo , & super ipsiusmet resolutio
facta fuisset ad majoratus , & capellas majoratibus
similes extendi debere non videbantur, præsertim
quando ipsa lex in §. 52. à majoratum cognitione
Prouisores arcet, ex eo quia diuersi sunt a capellis.
Sed quia contrarium judicatur, & in ea possessione
extat corona, nullaque datur major ratio in vna,
quam in altera re, imo deficentibus consanguineis,
nullus ut Rex, qui defunctorum voluntates adim-
plere faciat, ad eas adimplendas personam idoneam
eligere potest , dictæ affirmatiæ parti standum
est, dummodo quoad vnam tantam vitam dentur,
capellæ, & onera ipsorum adimpleantur.

*NOTANTVR ALIQUA AD
materiam spectantia.*

v. 3.

Nunc notanda venient aliqua, quæ licet ex-
tra nostrum institutum, quod est tantum
Prouisorem de munere suo informare, & dirigere,
cum ipsis competit Regiam jurisdictionem defen-
dere; non erit ab re ea aduertere in quibus Regia
jurisdictione potest usurpari, & Ecclesiastica offendere,
& alia de materia ; quare notandum primò, quod
in capellis, seu capellanijs, absque Ecclesiastica au-
thoritate

thoritate fundatis potest institutor prohibere , ne
Ordinarius in prouisione capellarum se intromit-
tat. Ita Cou. de spons. par. 2. cap. 3. §. 1. num. 20.
Menchac. de success. creat. §. 7. num. 15. Garc. de benef.
part. 1. cap. 2. num. 105. vbi plures Rotæ decisiones
affert, & judicatum refert Pereir. de man. reg. cap.
17. ad fin principij ; si vero capellaniæ erectæ fuerint
authoritate ecclesiastica , & sic collatiua an instar
beneficiorum , tunc ad Ordinarium pertinet ; si
non prouisio, saltem institutio , seu collectio , ex
cap. de institution. & cap. quod in dubijs de renuntiat.
hocque procedere debet, quamuis institutor talem
collationem Ordinario prohibeat ; quia cum mi-
nistrorum, & beneficiorum institutio ad Episcopū
in sua diocesi pertineat, ex cap. omnes Basilicae 26.
quest. 7. & similibus, & in beneficijs juris patrona-
tus, ex cap. præterea 23. de jure patron. tenent Cou. in
cap. tua 8. de testam. & de spons. part. 2. cap. 3. 2. 1.
no sim. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. §7. Gon-
çal. ad reg. 8 Gloss. s. num. 42. Spino de testam Gloss.
4. à num. 93. Lara de capell. & anniu.lib. 2. cap. 1. à
num. 16. & plures alij hoc defendantes ; etiam si in-
stitutor cum aliqua poena collationem prohibeat,
& prouisionem laicus concedat.

Quin obstat Menchac. success. creat. §. 7. num 17.
contrarium tenens per text. in L. vxorem 39 2. hæres
ff. leg. 3. vbi onus à lege improbatum valere dicit,
si in defectum poena apponatur, & per Concil. Trid.
Jeff.

Jeff. 22. de refor. cap. 9. vbi omnes administratores, tam Ecclesiasticos, quam seculares, ad reddendas rationes Ecclesiæ, Hospitalis &c. cogit, nisi in institutione aliquid caueatur, quia respondetur prin. oAuthentic. procedere, dum juri publico non aduer-setur: secundó, quia ex text. in L. vxorem. &c. illud non probatur, imo oppositum, ut in summario ibi di-cit Bart. & Cotta lib. 1. selectar. cap. 13; Tertió, quia Concilium Tridentinum procedit tantum quoad rationes reddendas, & non quoad alia quæ sunt de jure; vel si Episcopus consensit oneri, vel pœnæ, ut per Guitier. in L. nemo potest num. 450. Rochas de jur. patr. quæst. 12. num. 26. verbo pro eo quod.

Sed aduentendum est, quod supra dicta resolu-tio non procedit quando constat quod institutor noluit facere beneficium, & capellaniam collatiuam, etiamsi tunc authoritas interueniat ecclesiastica, ut eam limitat *Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 97.*

Notandum secundó, quod sicut Ordinarius po-test compellere Monachos, & Moniales, quibus aliquius capellæ administratio concessa est, & one-rum, & Missarum implementum, ad reddendas ra-tiones, ex text. in Clement. vnica de testam. Gloss verb. officium in cap. 2. de testib. lib. 6. Per de manu reg. cap. 17. à num. 17. Fusc. de visit. lib. 2. c. 17. num. 8. vers. & in alio, ita etiam eos cogere posse Prouisorem videbatur, tam ex his quæ d. Gab. d. num. 18. quæ ex dictis à Mendez in praxi lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 12.

vbi Clericos , & quoslibet priuilegiatos ad forum
Prouisorum trahendos, judicatum refert ; sed quia
in contrarium pro Monialibus Sanctæ Claræ lata
fuit sententia in judicio coronæ , ut testatur idem
Pereira d. num. 17. tu cogita.

7 Notandum tertio, quod Ordinarius in capellis
priuatis, in quibus prohibitio apposita fuit per in-
stitutorem, ne visitatio cultus domini fiat, non po-
test se intromittere, nec visitationem fouere, quia
licet Vgolinus de potest. Episcopi cap. 24. §. 1. num. 3.
Fusc. de visit. d. lib. 2. cap. 12. à num. 7. Maita de
Juriſdict. part. 4. cas. 80. num. 14. & Eduard. in ex-
posit. Bullæ Cena d. lib. 2. Canon. 15. quæſt. 8. num. 16.
contrariam ut communem sequantur ; tamen no-
stra resolutio ut communior sequenda est , per
Concil. Trident. ſeff. 22. de reform. c. 8. & 9. & per
declarationem sacræ Congregationis , ut testatur
Garc. de b: nef. part. 1. cap. 2. num. 98 & Bullam esse
Pauli V. pro Comite de Oropeza contra Abu-
lensem Episcopum Aprilis 7. editam anno 1606.
tradit Diana part 1. tract. 2. refol. 83. & sed quidquid,
& Azeued. tom. 2. lib. 4. tit. 1. L. 10 num. 29. quod
tamen limitat d. Garc. d. num. 98. in caſu negligen-
tiæ administratoris, quia tunc cultum diuinum, &
alia pia potest visitare, licet prohibita fuſſet ab in-
ſtitutorc visitatio.

8 Notandum quarto, quod Episcopus, si ex di-
minutione fructuum , vel ex alia iusta cauſa onus
impleri

impleri nequeat, potest illud minuere. *Oliua de foro Ecclesie par. 2. quæst. 35. num. 34.* *Rochas de jure patr. d. verbo pro eo quæst. 15. num. 33.* & eandem diminutionem, & voluntatis mutationem facere posse capitulum Sede vacante, per *Trid. sess. 7. cap. 10.* & *sess. 24. de reform. cap. 16.* & quod si decrescant fructus, & redditus Capellæ damno, & non fundatoris decrescere tenet *Gusman. de euict. quæst. 5. per rot.* & quod diminutis bonis diminui debere onera tenet etiam *Olea cum alijs de cess. jur. tit. 4. quæst. 5. num. 29.* *L. maritum 25. §. 1. ff. ad falcid;* & quamvis alij administratores dicant quod nolunt tantum onus adimplere, sine deductione, semper seruabitur dispositio *2. 35. hoc tit. 62. secundum Oliua de foro Ecclesie part. 2. quæst. 35. num. 37.*

Notandum quintò, possessionem qua fundatur *2. 43. ad Prælatos jus omnia prouidendi, & visitandi præscribendum, immemorialem necessariam esse,* ut in simili disponit *Ord. lib. 2. tit. 9. 2. 1. declarat Pereira de man. reg. cap. 17. num. 15. part. 1.* *Valasc. conf. 105. num. 64.* *Oliua de foro Eccles. qua. 7. num. 8.* si vero aliquem titulum, quamvis dubium habeant, quadrigenalem sufficere, tenet idem *Oliua num. 10.* *Gutier. pract. lib. 1. quæst. 54. num. 3.* *Cou. in regul. possessor part. 2. §. 3. num. 4. vers. tertia legis,* & nota etiam quod subditi contra Prælatos nunquam præscribere possunt, Rex vero, vel tertius sic, de quo vide *Pereir. d. cap. 17. à num. 14. sed de*

titulo dubio quæ sufficere dicit Oliua *supra*, ego
dubitarem, tu cogita.

Notandum sextò, quod tantus est fauor Capellæ
à defuncto creatæ, ut neque pro ejus debitibus alie-
nari possit, ita tenet Bart. in *L. Ansidius* 13. num. 1.
ff de priuileg. Cred. Parlador quotid. 2. cap. fin. p. 5.
num. 27. Valenzuel. conf. 18. num. 121.

11. Notandum septimo, quod si testator constru-
ctionem Capellæ injungat, & commendet hæredi-
bus, vnuſquisque qui adit hæreditatem, in ſolidū
manet obligatus *L. in executione* 85. §. 2. *de verb. signif.*
An verò hæc conſtitutio Capellæ pertineat ad Ordinarios, aut ejus Visitatores, quando eſt instituta per
laicum ſimpliciter ad opera pia, absque Prælati
authoritate in forma noſtræ legis q. 39. vers. & nō
que ſe nāo moſtrar eſt. an ad Prouifores in partibus,
dubitari potest, nam ſupposita alternatiua, & il-
lud quod iupra judicatum retulimus circa Proui-
ſorem residuorum, & Capellarum *cap. 1. q. 2 num. 3.*
videbatur dicendum, quod cuilibet pro ſuo meneſe
competere debeat dicta constructio, ſi quidem qui
executionem testamenti habet, & defuncti volun-
tatem adimplere tenetur, cum in capellæ conſtru-
ctione conſiftat, etiam implementum voluntatis,
ipſe conſtrui, & ædificare capellam facere debet,
ſed contra hanc resolutionem obſtare videtur diſ-
poſitio dicti noſtri q. quæ de jure cōmuni procedere
colligitur ex *Fabro* q. nullus inst. de rerum diuis. vers.

si quis Paris conf. 34. num. 13. lib. 3. Guid. Pap. decis. 188. in quo Legillator illis generalibus, & vniuersalibus verbis usus fuit, nempe, O conhecimento em tudo pertence aos Iuizes leigos, quibus ab omni, & quacumque cognitione Ecclesiasticos arcere videatur. Obstet etiam quod Prouisores in partibus exercent utrumque officium residuorum, & capellarum ; & si quoad primum eis competit executio testamenti, competit etiam, ut in Vlisipone constructio Capellæ, & post confectam per secundum, ejus rationes &c. Attamen supra dictis non obstantibus, videtur Ordinario, aut Visitatori in suo mente competere dicta constructio , ex proxime dictis fauore Ordinarij , aliter namque esset inequalis concordia, & alternativa, ecclesiæ potestati damnosa, & Ordinarij jurisdictione defraudata maneret, quod permittendum non est, neque allegata Ordinatio contrarium euincit ; quia ut ex dicto §. 39. colligitur , illa verba intelliguntur de visitatione, Prouisione, & exactione rationum capellarum, Hospitalium &c. jam constructorum, & formatorum, in quibus Prouisor in partibus jurisdictionem habet quam in Vlissipone capellarum Prouisores: cum quo secundæ objectioni etiam respondetur.

Notandum octauo , quod Hospitalia Prælati authoritate non interueniente fundata , neque sunt, neque possunt dici beneficia, ita docet Cæsar de Ecclesiastica Hierarchia part. 3. disp. 14. & adhuc

Y iiij quando

quando eadem authoritate fundatur regulariter beneficia ecclesiastica non considerantur, nisi tantum in duobus casibus de quibus in Clementina contintig, & ut autem vers. nisi de relig. domib. scilicet quando in eorum fundatione ita constitutum sit, aut quando in eis de rectore per electionem prouidendum sit, tradit Garcia de benef. part. I. cap. 3. à num. 4. Suares de relig. tom. I. lib. 4. de Simon. cap. 27. num. 11. Gom. in reg. de tricenal. quest. 7. Gongal. cum multis ad d. reg. 8. Gloss. 5. & 4. à num. 14. Et quod in dubio hospitalia non præsumantur Ecclesiastica, sed laicalia; tenet idem Garc. d. cap. 3. à num. 5. Rebuff. de nominat. quest. 15. à num. 12.

13 Notandum nonó, quod Proutio Rectoris Hospitalibus in titulum beneficiorum fundatis pertinet ad Prælatum, ut tradunt supra dicti; in erectis vero à secularibus sine authoritate Episcopi, nullatenus eis competit; nec etiam quando electores sint negligentes, quia ad Regem pertinet, quia seculari jurisdictioni in totum subjacent, ita Cab. decis. 57. p. 1. & de jure patr. reg. coron. cap. 42. à num. 3. Valasc. d. conf. 105. à num. 30. & 51. & 59. Maria. de iurisd. part. 2. cap. 18. à num. 1. Lara de annivers. lib. 2. cap. 1. à num. 5.

14 Notandum quartó, quod Hospitalia Prælati authoritate erecta sunt loca Religiosa, & Ecclesiastica immunitate gaudent, ut tener Valasc. supra num. 46. d. Cæsar. & 4. num. 3. Tam erecta vero dicta

dicta authoritate, quam absque illa, semper pia loca dicuntur, ex eo quia in ipsis pia opera exercentur; veruntamen tantum erecta Ecclesiastica authoritate Ecclesiæ priuilegio truuntur, juxta L. omnia C. de Episcop. & Cleric. Tusch. lit. H. concl. 163. à num. 8. Tiraq. de pia caus. priuileg. 142. Cab. part. 1. decis. 51. à num. 8. Cæsar. sup. num. 8. Themud. tom. 1. decis. 17. num. 13. & restitutionem in integrum habent, alia autem quæ priuatuerunt sunt, & absque dicta authoritate fundata, quamuis pia dicantur, proprie pia non censentur, Valasc. d. num. 5. Paris lib. 4. conf. 34. à num. 9. Gabr. commum. tit. de pia causa concl. 1. & 2. ac proinde Ecclesiæ priuilegijs, nec restituzione in integrum gaudent, ut tenet idem Gab. num. 2. Paris. num. 2. Cab. num. 9. & hoc de rigore juris, quamuis in praxi contrarium receptius sit, & de jure defendi potest, ex his quæ Sforcia de restit. in integr. quest. 3. art. 4. num. 46. & à supra citatis, & Diana parte 3. tract. 1. resol. 37.

In his tamen priuatis Hospitalibus, potest Præ-15 latus circa pia visitare, inquirere, & negligentiam secularium cohibere, ut notatur in cap. si hæres de testam. in Clem. quia contigit de religios. domib., & in Trid. sess. 22. de reform. cap. 8. & 9. & deducitur ex hac nostra Ord. § 40. & 41. Hæc satis sit tetigisse, reliqua potest videre per ipsam Ord. à §. 39. & per Pereira d. cap. 17. Valasc. conf. 105. Themud. part. 1. decis. 17. Phæb. Lara & per alios supra citatos, qui agunt

agunt de materia capellarum, Hospitalium, confraternitatum &c. quæ omnia eodem jure metienda, & censenda sunt, ex serie d. Ord. à d. 2. 39. & ex §. vlt. d. tit. 62.

DE EMPHYTEUTICATIONE bonorum Capellarum, & Hospitalium.

§. 3.

16 **C**irca bona Capellarum, Hospitalium &c. emphiteuticanda, opere præmium erit aliqua contingentia etiam prænotari, & in primis aduertendum quod in licitatione horum bonorum, quam lex fieri jubet à d. 45. præferri semper debet ille, quia ea meliorauerit, velejus descendens, aut hæres, ut in præsenti aduertit *Glossator Barb.* & *Mendez* in *praxi 2. part. lib. 1. cap. 2. num. 17.* Secundó, an in hac subhastatione dato jam plus licitati ramo, liceat ipsi, ante quam publica emphyteuticationis, vel conditionis scriptura fiat, pœnitere, disceptationem istam excitat, *Brito de locato in cap. potuit d. vlt. num. 3.* & pro parte affirmativa quod liceat pœnitere, *Ord. lib. 4. tit. 19. in princip.* & *d. 1. allegat.*

Pro negatiua verò parte, *Bart. doctrinam in L. licitatio in princip. num. 4. ff. de publican.* & *vectigal.* tandemque resoluit negatiuam partem esse sequendam, tantum quando iudicis interuenit autho-
ritas

ritas, & licitatio adacta fuit reducta, & subscripta à plus licitanti; quia tunc publicæ scriptuæ locū obtinet, vt in quolibet alio casu generale est, per Bald. in L. nec in arbitris num. 2. C. de arbitr. & alia jura de quibus dictus Brito à d. num. 3.

Tertió, an dicta substatione primus licitator liberetur, eo ipso quod secundus plus obtulerit; affirmatiuam partem tenet, cum Bald. Phæb. 2. part. decis. 136. num. 1. per text. in L. Valerianus ff. de prætor. stipul. L. cum plures q. lege ff. locati. Negatiuam tenet Bart. in L. licitatio ff. de publican. & vectig. vbi fundamentum suæ opinionis adducit, sed tantorū authorum iurgium componit Rebuff. ad leges Galliæ tit. de præconijs art. 7. Gloß. vnic. num. 21. dicens, quod si secundi oblatio fuerit acceptata, liberatur primus, aliter non, & quod hoc intelligitur, si secundus fuerit idoneus facultatibus, & facilis conventionis; his namque deficientibus fraus substationi fieri potuisset, hacque distinctione judicatum in Senatu, refert Phæb. sup. num. 5. & conueniunt quæ Cald. de renouat. cap. 14. num. 12. Auend. de exequend. mand. cap. 12. num. 17. per d. Phæbūm relati.

Quartó, an adita re sub hasta publica admitti possit secundus licitator plus offere; petita restitutio-
ne in integrum, attento quod loca pia potiuntur jure minoris, & Ecclesiæ, dictaque restitutio-
ne, & affirmatiue tenendum, vt etiam judica-

tum tenet idem Phæb. 2. part. decis. 135. num. 1. per Barth. in L. & si sine §. quæstum de minoribus num. 7. Rebuff. in L. si tempora num. 2. Col. de defid. instrum. lib. 10. Dubitari tamen potest, an sola majoris prætij oblatio ad restitutionem sufficiat, quin constet minus justo prætio venditionem factam fuisse, & solam dictam oblationem sufficere tenent, Iason. & Aretin. in L. 3. q. Labeo de acquir. posses. num. 5. Verumtamen non concedendam restitutionem ex sola majoris prætij oblatione, quando subhastatio alias justo prætio facta fuit, tenet Phæb. sup. n. 9. & Brito in cap. potuit §. vlt. num. 5. de locato, & Valasc. tom. 2. concl. 109. per totam.

DE SALARIO PROVISORIS.

q. 3.

19 **C**irca salarium Provisoribus debitum pro exigendis rationibus Capellarum, Hospitalium &c. ab Ord. hoc nostro tit. nihil prouisum est, quia de eo actum fuit, in tit. 50. q. 7. hoc eodem lib. i. qui q. refertur ad q. 23. hoc nostro tit. & secundum d. q. 7. dispositionem jubentur etiam solui salaria rationum Concilij, ut in q. 72. hoc eodem titulo.

20 Cum autem de viroque salario, Capellarum scilicet, & rationum Concilij, idem disponant dictæ leges, videbatur dicendum, quod sicut in q. 72. respectu tantum male expensi, quod calculatores

exigi

exigi, & Concilio restitui fecerint, salarium reportare debent, ita etiam in rationibus Capellarum, Hospitalium &c. idem dicendum erat, at vero cum Lex in d. §. 7. jubeat quod de liquido salariū reportetur, & verbum liquidum, importet omne super quo calculatio facta fuit, tam de recepto, quā de expenso, dictum salarium habere debent Prouisores, quod ita declaratum fuit per diploma, de quo in cap. 2. l. 10. num. 56.

Super confraternitatum autem salario dubitari solet, an ex illis quæ neque redditus, neque prouentus habent, sed eleemosynis sustinentur, reportandum sit, & pro affirmatiua parte videntur facere verba dicti §. 7. ibi, *E de todas as contas que tomarem, & fizerem auerão do liquido &c.* quæ verba generalia sunt, & super omnibus rebus rationes cadere denotant; verba enim generalia generaliter debent intelligi, L. in fraudem, ubi Bald. de test. milit. Afflct. decif. 319. num. 3. Cald. de pot. st. elig. cap. 16. num. 18. cum alijs Pro negatiua quam veriorem existimo, & cui pietas Christiana fauet, scandalumq; non continet, quod affirmatiua, stat dispositio d. Ord. hoc lib tit. 50 in princip. in verbis ibi, & tomara contadas rendas & encargos delles &c quæ cum de pruentibus tantum rationem exigi jubeat, & verba §. 7. ad dicta verba referantur, si quidem principium semper inspiciendum, & spectandum est, L. 1. de origine juris ubi Gloss. verbo principium, sicut po-

tissima cujusque rei pars docet d. L. i. cumque eodem sermone, & themate retento prosequatur d. Ord. in princip. usque ad §. 7. per dictum principium intelligi debet illius dispositio; verba namque sequentia ex praecedentibus intelliguntur, secundum ea quæ Phæb. i. part. decis. i. num. 3. quare de confraternitatibus quæ ex eleemosinis sustinentur, salariū non extorquendum dicerem.

22. Et aduentum est quod quamvis ex prouentibus aliquod residuum quod non expendatur remaneat ex anno antecedenti, hoc in rationibus sequentis ad faciendam summam, ex qua deducendum est salariū, connumerandum non est; quia in unaquaque ratione de redditibus illius anni tantum agitur, quod limitandum est, quando debitor illud soluere noluerit, & Procuror cum exequatur, quia tunc ex ipso debitore poterit salariū residui sui consequi.

Aduertendum deinde, quod dictum salariū solum merentur Proutores, quando male expensum exequantur ad Ord. hoc nostro tit. 2. 72. quamvis ex stilo illud semper exportent de quo in d. 2. inferius etiam agemus sub cap. 7.

CAPVT SEXTVM.

S V M M A R I V M .

- 1 **T**ertia bonorum Concilij, jure administrationis, & non proprio Regi competit.
- 2 Ibid. *M*onorum refectio de jure communi ad populum pertinet, de jure *R*egio *P*rincipi.
- 3 *A* contributione ad refectiōnem mūrorum nemo excusatur.
- 4 Ibid. *In oīa quando collectantur, etiam forenses immobilia in territorio possidentes.*
- 5 *H*ac terii abſque aliqua diminutiōne Principi soluuntur.
- 6 Ibid. *Ei à Principe, neque donari, neque alienari posseunt.*
- 7 *C*asus, & ſententia notabilis refertur in materia tertiarum & num. seq.
- 8 Ibid. *F*orale līgis casus dicitur, & vbi ad eſt, nihil aliud queritur.
- 9 Ibid. *D*ominium ex contractu à lege improbato non transferitur.
- 10 Ibid. *P*offessio immemorialis ad praescribendum loco tituli habetur.
- 11 Ibid. *D*e facto quæ fiunt, de facto sunt reuocanda.

- Ibid. Bona conciliorum nullo tempore prescribuntur.
- 7 De appellatione super tertij cognoscit conservator il-
larum.
- 8 Tertiæ, aliæ sunt, quæ ex aliquibus Ecclesijs Regi
competunt.
- Ibid. Et istæ cum bonis coronæ sunt incorporatae, & do-
nari possunt, & alienari.
- Ibid. Sique aliquæ lites super ipsis mouentur, judicibus
jæcularibus competunt.

DE TERTIIS ET CALCULATORIS officio.

§. I.

DE tertij bonorum Concilij agit Lex nostra
hic d. tit. 62. q. 67. in quibus Prouisor calcu-
latoris officium exercet, & alia quæ etiam Regi de-
betur inferius agemus.

Hæc itaque tertia bonorum Concilij non jure
proprio ad Principem pertinet, sed ut murorum,
& arcium refectioni applicetur, & ipse Princeps
dictorum bonorum ut administrator de eis dispo-
nit, dominiumque ipsorum bonorum remanet pe-
nes populos, ut colligitur ex Ord. lib. 2. tit. 28. q. 2.
ib; por quanto não saõ do Rey &c. L. omnes C. operibus
public. Cab. 2. part. decis. 26. à num. 5. & decis. 59. n.
1. ex relatis à Glossatore hoc in q. à num. 1. hocque spe-
ciale est in hoc Regno, nam de jure communi ad
popu-

populum pertinet dicta refectione, ut insinuat Cab.
supra d. decif. 26. num. 7. tenet Tusc. lit. M. concl. 430
per text. in d. L. omnes a 2. C. operib. public.

Sed contra hanc resolutionem videtur obstare di-
cta Ordinatio nostra v. 71. dum incolas ad arcium
refectionem cogit, & quamquam aliqui eam in
seruitio tantum personali intelligere velint, con-
trarium ex ipsa lege colligitur, ibi: *com pouca custa*,
& ibi *de multa despeza*; quæ verba non seruitia per-
sonalia, sed pecuniarios sumptus important, quare
cum populis, ut supra de jure ostensum est, dicta re-
fectione incumbat, Princepsque tantum ad reficien-
dos muros, & arces tertiam accipiat, quin obliga-
tur ad refectionem ultra tertiam, si illa non sufficiat,
videtur quod ipse populus secundum suam primæ-
uam, & integram obligationem ad illud ad quod
tertia non sufficiat, obligatus remanebit. Verum-
tamen lex ista non utens rigore ad modicas solum-
modo expensas incolas obligat, & in magis recur-
sum ad Principem requirit, qui ut vassalorum do-
minus, & pater, ex ipsis impossiblia, & perægre fe-
renda nolit.

Aduertendum tamen est cum supra d. Tusc. lo-
co citato, quod ex hac contributione nullus priuile-
giatus excusat, per text. in L. ad portus C. de oper.
publicis.

Aduertendum secundo, quod eo casu quo inco-
læ ad refectionem collectantur, collectari etiam de-
bent

bent forenses qui in fortificationis territorio immo-
bilia possident, quam uis alibi domicilium habeat,
Cab. 1. part. decis. 91. num. 3. Ottalor de nobilitat. 2.
part. cap. 1. num. 6. Guid. Pap. decis. 372. & decis. 7.

Aduertendum tertio, quod hæ tertiae debent
Principi solvi, & ejus officialibus tradi absque a li-
qua diminutione, aut expensarum diminutione, ex
d. Cab. d. decis. 59. à num. 4.

4 Aduertendum quartio, quod tertiae à Principe
donari, neque aliquo modo alienari possunt, ut est
expressa Ordinat. lib. 2. tit. 28. §. 2. Cab. decis. 2. n.
7. part. 2. quæ prohibitio fundatur in eo quod ipse
non Regis sint, sed populorum, & non solum res-
picit præsentia, & futura, ut lex solet, sed retro
trahitur ad præterita, ut cernitur in §. 3. & ult.

DECAS V NOTABILI IN materia tertiarum.

q. 2.

5 **V**erumtamen tali dispositione stante, agitata
fuit in judicio coronæ anno 1663. causa su-
per tertijas oppidi das Alcaçouas inter dominum
ipsius oppidi D. Henricum Henriques, & Procu-
rаторem Regiæ coronæ, qui Henricus jus suum
fundabat in forali quodam D. Regis Emmanuelis,
per quod ostendebatur suis antecessoribus ab anti-
quo pertinere; Procurator vero Regius in d. Ord.

&

& in possessione sexaginta annorum in qua erat
dicta corona quiescente patre, & aucto dicti Hen-
rici, & contra coronam lata fuit sententia virtute
ipsius foralis, me tamen renuente, & dicente, quod
dictus Henricus ipsas tertias habebat ex donatio-
ne Regia, aut populorum, nam aliter non poterat
in eo ullus titulus considerari, forale enim ubi
adest, quamvis casus legis dicatur, & nihil aliud
inuestigandum sit, ut tenet Bald. in L. gallus q. si
ejus in 2. not. Sard. conf. 58. num. 3. Grat. 4. tom. cap.
647. num. 21. pro justoque titulo habeatur in Ord.
lib. 2. tit. 22. vere tamen titulus non est, dum aut
titulum requirit, aut presupponit, vel quando con-
tra jus expressum est, aut irrationabile; dictumq;
jus in ipso expresse derogatum non inuenitur; at-
qui concessio quod ex donatione Regia procedant
dictæ decimæ, cum forale titulum supponat, & ti-
tulus non ostendatur, dictumque forale, si pro ti-
tulo habetur, derogatum sit, per d. Ord. lib. 2. tit.
22. q. 3. ergo ex hoc fundamento non potest di-
ctus Henricus obtinere, & a fortiori quando irra-
tionabile est dictum forale, non habensque aliud
simile in hoc Regno, & concessio quod procedant
ex donatione populorum, debebat praesentari talis
donatio, & dato quod extitisset, nunquam susti-
neri poterat, ex eo quod nulla erat; bona enim
publica, ut sunt oppidorum, & Conciliorum, quâ-
uis populorum sunt, ad ultum populi, & Ciuitatis

Aa sunt

sunt destinata, & ut ex aliquibus ipsorum concilia redditus ad necessaria percipient, de quo Cab. 2. part. decis. 18. à princip. cum num. seq. & non ut donari valeant, neque alienari, ad text in L. inter publica, ubi Gloss. 3. ff. de verb. signif. in nostro enim comercio non sunt L. sed Celsus 6. & ibi Gloss. 1. ff. de contrah. empt. in nulliusque dominio existunt L. si in publico ubi Gloss. verbo nisi dominus ff. aqua pluia arcend. & qui domini non sunt, alium dominum facere non possunt, quia ex donatione nulla, vel ex contractu a lege improbato, non transfertur dominium Grat. tom. 3. cap. 483. num. 2. Reinoz. obs. 10 num. 7. & obs. 16. num. 12. & ex eadem ratione, Regi non potuerunt donari, sed per administrationem tantum ad refectionem murorum deputari, quæ donatio si permissa foret, ut illius Regi, quam vlo particulari fieri posset.

6 Dicebam insuper, quod ad hoc ut illud forale vicem tituli haberet, debebat in illo exprimi ratio ob quam Henrici antecessoribus pertinebat tertias, & aliqua super eo prævia cognitio præcedere, & non sufficiebat simplex assertio Ministri, cui foralis confectio cōmissa fuit, asserentis tantum ab antiquo dictas tertias dictorum antecessorum fuisse, quin obstat immemorialis possessio ad præscribendum, quæ loco tituli haberetur, ex Ord. lib. 2. tit. 27. & 1 L. hoc jure q. ductus aquæ ff. de aqua quotid. L. 8. tit. 15. lib. 4. Recopilat. Parejatit. 9. resol. 2. n. 4 quando

quando bona Conciliorum nullo tempore præscribuntur, ex Ord. lib. 1. tit. 68. q. 32. in fin. L. fin ff. vñ capion. L. 2. ff. via publ. optimus text. in L. præscriptio s. C. operib. publice. Imo dicebam etiam quod Rex per possessionem sexaginta annorum cum titulo quem ipsi lex præbet in nostro l. 67. & lib. 2. tit. 22. s. 3. præscriptas habebat dictas tertias, contra quam præscriptionem nullum jus ex parte D. Henrici considerare poterat, ad hoc ut ita possessione priuaretur Rex, & tandem in impedimentorum decisione, quæ contra sententiam obtulit Regiæ coronæ Procurator, dicebam dictam sententiam fuisse nullam, ex eo quod causa cum dicto Procuratore agitari non debebat; quia tertiae coronæ non pertinebant; quia bona regalia non factæ fuerunt, cum Regis non sint, ut docent supra dictæ Ordinationes, sed naturam bonorum Regij patrimonij, vulgo de bens da fazenda habebant; si quidem Rex eas ut proprias facultates administrabat, omnibus spretis, & rejectis impedimentis sententia executioni mandata fuit, Procurator verò Regij patrimonij ad Regem recurrens, causam denuo eo auditio pluribus adjectis judicibus sententiari petit, & ita jussum fuisse ab ipso, mihi dictum fuit, sed postea superioris jussu Regiæ coronæ Iudex a dicto donatario sententiam ipsam vendicans ejus executionem impediuit; sicut enim de facto lata fuit, non mirum quod de facto erepta fuisset, ad

ca quæ Barb. axiomat. jur. lit. F. num. 31.

Notandum tandem quod de appellationibus super tertiarum causis cognoscit tantum illarum conseruator per regium diploma editum menle Februarij anno Dñi 1650. & quod majoris Prouisoris tertiarum officium non est in usu, & in ejus locum recurrentum est in casu dicti & 71. ad Vedor da fazenda, cui tertiarum repartitio competit.

DE TERTIIIS ECCLESIASTICIS qua Regi pertinent.

2. 3.

ALiæ sunt tertiae in hoc Regno, quæ Regibus pertinent, soluuntur ex decimis aliquarū Ecclesiarum, ut solui solent in Ecclesijs totius regionis de ribade Coa, quæ originem habuerunt à quadam concessione per summum Pontificem facta Regibus Hispaniæ, & postea Regibus nostris etiam concessa fuerunt teste Cab. part. 2. decis. 63. à num. 1. Hæ tertiae cum bonis coronæ incorporatae sint, bona, & jura regalia censentur, & ita eam judicat apud Hispanos L. 2. tit. 1. lib. 6. ordinament. & tit. 21. lib. 6. nouæ recopilationis. Couar. pract. cap. 35. num 2. & var. cap. 17. num. 8. vers. 9. lib. 1. Auendaño de exequend. mand. part. 2. cap. 4. num. 21. & apud nos supra d. Cabed. num. 3. Barb. in L. Titia à num. 41 ff. solut. matr. Et consequen-

quenter illas possunt Reges ad libitum donare, vendere, & quocumque alio modo alienare, ita Laffart. de decim. vendit. cap. 19. à num. 30. Gutier. quæst. 14. num. 2. lib. 1. pract. d. Barb. d. loco, & Cabed. supra num. 5. Sicque à Regibus nostris concessæ fuerunt arcium Præfectis illius Regionis, & alijs personis, vt videre est per arresta, quæ in fine dictæ decis. 63. adducit d. Cabed. Et deinde fit etiam consequens, quod si aliquæ lites super hujusmodi tertijs moueantur, siue de jure, siue de facto, cognitionem Iudicibus sacerdotalibus, & non Ecclesiasticis pertinere, vt resoluit Gutier. proxime num. 4. Barb. eodem loco, & Cab. num. 4. & Gabriel Pereira de manu reg. part. 1. cap. 7. num. 38. vers. semper tamen, vbi ita judicatum fuit, sed quia hæc materia non est nostræ inspectionis, reliqua de ea poteris videre per Castilh. de tertijs, qui integrum supra ipsis tractatū fecit, & de jurisdictione Regalis patrimonij circa exemptos, & tertijs à summo Pontifice Regibus concessis, yide Larrea allegat. fiscal. 27. per tot.



CAPVT SEPTIMVM.

DE EXPENSIS CONCILII,
rationibus eorum, & audientijs mulctarū.

S V M M A R I V M.

- 1 **Q**uonodo, & quo tempore tertia deducenda est.
- 2 Practicari nequeunt Ord. lib. 1. tit. 62. §.
27. juncta Ord. lib. 2. tit. 70. l. 3.
- 3 Rationes quomodo sunt exigenda
Ibid. Expensa necessariae, & utiles, quæ.
- 4 Audientiae mulctarum, quando, & in qua forma fieri
debent, & varie consuetudines in diuersis Provincijs.
- 5 Proclama publicum ante audientiam præcedere debet,
& audientiae quomodo fieri debent.
Ibid. Declaratur, & intelligitur Ord. lib. 1. tit. 68.
l. 13.
- 6 Ibid. Restituoio conceditur Reipublice, Ciuitati &c.
Ibid. Damno potius, quam lucro respiciendum est.
- 7 In multis per reuisionem magis summarie, & absolu-
te, quam per appellationem proceditur.
- 8 Ibid. Audientiae reuisionum insimul cum appellatis fieri
debent.
- 9 Mulctæ quomodo facienda sunt, à quibus personis, &
quomodo probanda.
- 10 Testis unus sufficit in causis leuibus, & summarij.
Pro-

- Ibid. Probatio minor requiritur in causis difficilis probacionis, ut in his quæ occultæ fiant, & in eremo.
- 9 Probatio omnis regulariter arbitraria est.
- Ibid. Probatio, nihil aliud est, quam inductio animi Iudicis ad credendum rem ita esse.
- Ibid. An possit calculator alterare pœnas multarum
10 Iudices, & Ædiles, eas alterare nequeunt.
- Ibid. Secus calculatores, & ratio ob quam.
- 11 Quomodo se habere debet calculator, quando testes in multis adhibiti examinati non inueniuntur.
- Ibid. Reuasio multarum introducta fuit ad instar reuisionis gratiæ.
- Ibid. In reuisione Reipublicæ per restitutionem succurruntur.
- Ibid. Qui vult consequens, & antecedens velle videtur.
- 12 Audientia quibus temporibus fieri debent, & quibus locis.
- 13 Circa salaryum intelligenda est Ord. nostra l. 72. per Ord. tit. 50. l. 7.
- 14 Quod a. Ord. l. 72. practicari nequit circa salaryum dum executionem residuorum requirit.
- Ibid. Dispositio legis semper ad actum possibilem dirigitur.
- 15 Quomodo calculator ad salaryum reportandum se habere debet in dicta executione.
- 16 Salaryum quod solui debeat ex audientijs multarum.
- Ibid. Ratiocinia a prima Ianuarij die incipere debent.

**QVOMODO SOLVANTVR
Tertia.**

s. I.

i Vbet nostra lex supra §. 67. quod tertia redituum, & prouentū bonorum Concilij ad refectionem murorum, arcium &c. capiatur, & quod dicti prouentus respectu trium anni partium, tripli solutione exigantur, quarum secunda sit ad dictam refectionem, aliæ duæ ad sumptus, & expensas Concilij, ex quo lex præsupponere videtur semper conducenda fore Concilij bona, certosque semper esse debere illius prouentus; & si ita esset, de plano procedebat dicta lex; sed cum non semper conducantur bona, ut colligitur ex Ord. hoc lib. I. tit. 70. nec prouentus certi esse possint, cum pendeant ex incertitudine conductionum, & multarum, ex quibus major illorum pars constat, neque in secunda parte anni, quantum tertia importet sciri possit, si omnia Concilij bona, & alij effectus conducti non sint, neque Concilij Procurator, aut Thesaurarius integrum tertiam, si nondum exacta esset, soluere queant, neque de rigore juris soluere debeant.

2 Quare d. Ord. §. 67. juncta d. Ord. 2. tit. 70. & 3. procedere, & practicari nequeunt, cum ad impossibilia nemo teneatur; tantumque locum habere possunt

possunt, quando omnia bona, & alij effectus conducti proponuntur; sed cum necessitas aliud exponcat, & lex ita scripta sit, semper dicta tertia præfinito tempore peti potest, & eam soluere debet Thesaurarius facto computo, vulgo *ergamento*, importare valentium reddituum, & prouentuum, aut respectu importantiæ anni præteriti, & ita eam pro tunc soluent, quo usque in fine anni rationes expungantur, in quibus liquida tertia non aneat, in hac enim solutione nullum damnum sentire potest Thesaurarius, cum primam, & secundam tertiam receptam habeat in quibus ad unam semper supererit p. unia.

QVANDO ET QVOMODO rationes sunt sumenda.

l. 2.

2
IN fine cujusque anni, aut in principio sequentis, quod magis commune, & conuenientius est debet Prouisor rationes tertiarum Concilij exponere, tertia namque refectionis murorum jam in rationibus per Decuriones expunctis separata remanet, & factæ sunt multarum audientiæ ex quibus etiam tertia deducta est; in dictisque rationibus expensas solū bono publico utiles, & necessarias admittat, aliasque rejiciat, & glosset, ut dici solet in omnibus quæ nostræ legis formâ seruet, aliter nanque

Bb sibi

sibi ipsi præjudicabit. vt in §. 74. disponitur. Ex-
pensæ vero necessariæ sunt ea sine quibus res Con-
ciliij esset peritura, vel deterior factura, factum, vt in
§. item si de dote inst. de action. Grat. cap. 957. num. 36.
& circa subjectam materiam, omnes sine quibus
negotia, & res Conciliij fieri, & administrari ne-
queunt, utiles autem sunt illæ quiq[ue] non factis res
peritura non erat, sed eis factis melior futura erit,
vt in d. §.

- 4 Antequam vero ad dictas rationes perueniat,
debet prius audientiam multarum, vulgo das Coi-
mas, facere; vt ex illo, quod condemnatum fuerit,
& accreuerit, tertia deducatur, & perfecte, & inte-
gre possint rationes sumi; quibus audientijs in fa-
ciendis varij sunt in aliquibus Prouincij Stylli, in
vnis namque appellatarum tres esse species, vna sci-
licet, quando pars ab integra, aut majori condem-
natione appellat, altera quando Procurator Con-
ciliij, ab absolutione, aut minori condemnatione
appellat; alia quando absoluens Iudex, aut Ædilis,
id ex officio faciat; & si non appellat, eo ipso ap-
pellata remanet multa; & in hac veniunt omnes
reuiisiones multarum, de quibus, nec in nostro ti-
tulo, nec in tota Ordinatione quidquam agitur;
cum nihil Legislatoribus occultum, aut oblitum
præsumatur; quod forsitan esset ex eo quia dictæ
reuiisiones sub illa tertia appellationum specie ma-
nebant, & continebantur.

Tempus autem in quo rationes sunt sumenda, debet incipere à prima Ianuarij die, interest namque quod finitus sit annus ad hoc ut de illo ratione formari queat, aut enim inutiliter fiet.

*QVOMODO AUDIENTIAE SINT
facienda, & de præscriptione multarum.*

§. 3.

His præhabitibus, aliqua ventilanda, & declara-
nanda veniunt ad dictas audientias concer-
nentia. Et primò quod ante ipsas debet præcedere
publicum proclama, per quod omnibus de ipsis
notum fiat, ut ad illas de jure suo docere si volue-
rint veniant, quod proclama cum citatio tam in
instantia appellationis, quam reuisionis necessaria
sit, necessitate, aut difficultate suadente, loco cita-
tionis introductum fuit dictum proclama; impos-
sibile enim penes erat fieri tales citationes in alia
forma.

Secundò, quod quamuis per spatium duorum
mensium, si in primo mulctas incurrentes non con-
uenerint conductores, & in secundo eas non exequantur, dicte mulctæ prescríbantur, & Concilio
deuoluantur, ut Procurator intra alias duos men-
ses eas exequatur, & exigat, & eis clapsis Concilio
ex suo soluat; hoc tamen locum non videtur ha-
bere, nisi in terminis Ord. in 1. tit. 68. q. 13. scilicet

Bb ij quando

quando dictæ mulctæ sunt conductæ ; & non quādo deficiente publicano, vel conductore, per Concilij Officiales, & Procuratorem currunt Concilij vectigalia , quia tunc videbatur dicto Procuratori annum esse indulgendum ad earum executionem, vt in d. Ord. receptori Cancellariæ indulgetur; major enim ratio ad hanc indulgentiam datur in Procuratore, cui quando non extant conductores, innumeræ actiones incumbunt, quam in Receptore Cancellariæ, qui tantum actiones quæ à procuratore non intentantur, intentare potest, præsertim etiam quando lex desidiam conductoris punire volens, mulcas Conilio deuoluit, & ne Procurator desidiosus sit, eadem poena cominatur, quod in secundo casu considerari nequit.

Neque replicari potest, quod jus præscribendarū mulctarū partibus quæsitum auferri non potest; quia respondetur quod cum annus Cancellariæ Receptori concedatur, ad eas conueniendas ; & annus dicti Receptoris incipiat post quatuor menses ab incursu mulctæ, & annus Procuratoris ab ipso incursu, tantum abest, quod dictæ partes lèdantur, vt minus spatium ad præscribendum cum Procuratore, quam cum Receptore habeant; eisque nihil interest an dictæ mulctæ pertineant Conilio , an Cancellariæ ; & hanc nostram opinionem fauet restitutio, quæ Reipublicæ, Ciuitati, & Vniuersitati conceditur in jure , vt per L. Rempublicam. ff. ex

ex quibus causis major. Bald. d. prescript. 3. part. quintæ
principalis quest. 2. à num. 5. Cald. verbo minorib. n.
61. Gam. decis. 268 num. 3. in fin. qua fruetur Con-
cilium retenta dicta opinione, & si dicatur quod
per eam lœditur jus, quod Cancellaria habet per
dictam Ordinationem responderi potest, quod per
reuiisionum introductionem cessauit dictum jus;
quando non cessaret, quod potius damno, quam
lucro prospiciendum est, ex text in L. qua quis ex
culpa ff. de regul. jur. regula damnum de regul. jur. in 6.
Surd. conf. 64. num. 1. non enim justum est, quod
Concilium, & tertiae jus quod habent in mulctis
amittant, vt Cancellariæ acquiratur; & aduerten-
dum est, quod pœna quæ in d. & 13. imponitur
Procuratori ob non reueatas mulctas, Ædilium Scri-
bæ apponi debet, si transfacto termino eas Procu-
ratori non tradiderit, ad instar Ord. in hoc lib. 1. tit.
70. in princip. vers. & não fazendo &c.

Supra dicta procedunt in appellatis mulctis, in 6
reuiisionibus vero magis adhuc summarie, & abso-
lute solent procedere Calculatores, nam omnes
mulctas quæ in libro ipsarum scriptæ inueniuntur,
aut condemnant, aut absoluunt, aut temperant
pœnas Senatus Consultorum, vulgo dos accordos, ou
posturas, quæ reuiisiones introductæ pet Regia di-
plomata fuere, ad Officialium publicorum, & par-
tium negligentias reparandas; & vt per eas bonū
publicum utilitas Concilij, & tertia refectionis non

defraudarentur; hæ audientiæ insimul fieri debet
cum appellatorum audientijs, & sub eadem pro-
clamationis generali citatione, & non possunt præ-
termitti, ut in aliquibus Prouincijs sit; nam in vnis
solum appellatarū fiunt, in alijs reuisionum, & in
plerisque tam appellatarum, quam reuisionum,
quod in omnibus fieri debet; si quidem sub utra-
que audientia veniunt, non solum illæ species mul-
tarum de quibus supra hoc q. num. 4. sed etiam
ex quæ tantum in libro à partibus, id est dominis
fructiferorum in quibus damna fiunt, custode a-
grorum, vulgo *Iurado*, vel publicano, aut officiali
cui sit concessum mulctas facere.

7 Forma autem faciendi, & adscribendi dictas
mulctas, & eas probandi ita est. Si pars in suo agro,
oliueto, vinca, vel septo hominem, vel animal dam-
nificando inueniat, sufficit quod uno teste, & ejus
juramento adhibito mulctam firmet, & scribat, ad
hoc ut probata dicatur, & idem in publicano; si
vero agrorum custos firmet, cum publica persona
sit, & officij sui juramentum habeat, videtur ejus
fidem, & dictum sufficere; sed styllo, & consuetu-
dini standum est; sin vero Officialis, ut decurio,
ut in aliquibus Prouincijs visitatur, vel quis alias
Officialis, ejus dicto, & fidei credi debet; quin
aliqua amplius probatio necessaria sit, quod ita in-
troductionum fuit, ex eo quia hæ causæ solent esse co-
muniter parui momenti; & in agris, & eremis
damna

damna, & Senatus-consultorum fractiones; & non obseruantiae commissæ à clam delinquentibus, & ob quorum odium, causarum tenuitatem, & probationis difficultatem minor probatio requiritur; si quidem in causis leuibus, & summarij, vnuſ ſufficit teſtis, ex *Hypol.* ſing. 415. ad fin. *Marranta de Ord. Iud.* 3. part. diſtinct. 9. num. 75. *Card. verb.* teſtis num. 45. *Azened.* L. 12. tit. 9. lib. 3. num. 1. *Masc.* quæſt. 11. num. 19. in causis diſſicilis probationis, leuior etiam probatio requiritur, ex *Valasc.* conſ. 154. num. 18. *Marſil.* 75. verſ. quod in defectum. *Amatis* decif. 1. num. 4. & in hiſ quæ occulte ſiunt L. dolus C. de dolo. *Cabed.* decif. 187. num. 4. part. 1. *Menoch.* de arbitri lib. 2. cent. 16. à num. 11. & in hiſ quæ in cremo; idem deducitur, ex *Ord.* in 1. tit. 135. §. 2.

*AN POSSIT CALCULATOR
condemnationem mulctarum, alterare: &
de teſtibus non examinatis.*

§. 4.

Q Vamuis omnis probatio regulariter arbitra-
ria ſit *Mascard.* de probat. concl. 740 num. 6.
cum nihil aliud dicatur, quam inductio animi iu-
dicis ad perfecte credendum rem ita eſſe Barth. in
L. quinquaginta 22. vbi *Gloss.* vlt. ff. de probat. *Barb.*
1. part. *L. secunda.* num. 87. in fin. ff. de ſolut. vide-
batur

batur posse non solum Calculatores, sed etiam Iudices
 multarum poenas in placitis Senatus, vulgo acor-
 dos, ou posturas delinquentibus contra eos imposi-
 tas alterare, illas minuendo in condemnatione, Ve-
 rum tamen cum probatio multarum consistat in
 fide Officialium tantum, vel in juramento partis
 cum alio teste; ut supra q. præcedenti dictum est,
 & in tali probatione non sit necessaria Iudicis, aut
 Calculatoris interpositio arbitrij, si quidem aut
 multa probata est, aut non probata, sit consequens
 quod aut absoluere in totum, aut in totum con-
 demnare debent, & placita alterare non possunt,
 sed secundum probatum, vel non probatum ju-
 dicare.

- 10 Hoc in Iudicibus, Aedilibus &c. firmiter ob-
 seruandum esse crederem, in Calculatoribus ve. à
 in quibus major authoritas, major jurisdiction, &
 minor acceptatio personarum, cum foranei sint,
 inest, aliud dicerem, & posse eos attento tempore,
 oppidi statu, magnitudine poenarum, quæ multo-
 ties ad terrorem imponuntur, & in eas incidentiū
 paupertate, dictas poenas temperare, tam in his de-
 quibus per appellationem agnoscit, quam per re-
 visionem, hæc enim temperantia, & poenarum di-
 minutio in augmentum prouentuum communi-
 ter fit; nam si secundum placiti rigorem condem-
 natus pauper, vendito pro solutione mulctæ
 animali, vel pecore, ultra quod Reipublicæ, &
 Principi

Principi damnum sit, cuius interest diuites habere incolas, non potest deinceps in aliam pœnam incidere. Deinde si testis in probationem adhibitus est minus idoneus, etiam potest habere locum alteratio, quam aliæ similes circumstantiæ permissam facere valent; quod eo moderamine fieri debet, ut nunquam majorem minutionem pænæ faciat, quam dimidij mulctæ, ubi mulcta probata fuerit; inueni enim syndicatum à me Prouisore, qui cum partibus pasciscetur pro tanta, aut quanta pecunia, ad eas in totum absoluendas; ideoque ipsis latum, & absolutum arbitrium nunquam concedendum putarem; solum namque Deus boni, & mali scientiam habet.

Nunc succedit resoluendum quomodo se habere debeat Calculator in reuisione, quando testes in mulctis adhibiti, interrogati non inueniuntur; nam secundūm Ord. in 1. tit. 68. l. 13. scribi debent infra triduum, & condemnari intra mensem, qui mensis ad eas probandas tantum datur; & sic transacto dicto termino videbatur præscriptas esse, & locum non habere ullam probationem; sed contrarium dicendum est; nam hæc reuasio à Principe concessa non fuit in materia multarum ad instar reuisionis gratiæ, de qua Valasc. conf. 71. per totum, & num. 5. & 10. num. 36. & Ord. lib. 3. tit. 59. quæ conceditur ad reuidendas sententias per iudices prolatas, à quibus appellari, nec supplicari po-

test, sed extraordinario modo specialiter introduc-
 etur ad reuidendas mulctas, quibus super, nec te-
 stes examinati fuerunt, nec illa sententia prolatas;
 hocque ad reparandum dictum damnum, & par-
 tium, Officialiumque negligentiæ succurrendum,
 utilitate publica exposcente, quæ versatur, tam in
 defendendis fructibus, & pauciis ad culturam ne-
 cessarijs, quam in augendo prouentus Concilio-
 rum ad eorum necessitates, & murorum refectione-
 nem, cui tertiae applicantur, & permittente restitu-
 tione, quæ reipublicæ conceditur, per L. Rempu-
 blicam C. ex quibus causis major. Bald. de præscrip. 3.
 part. quintæ principalis quæst. 2. à num. 5. Card. verb.
 minorib. num. 61. Gam. decis. 68. num. 3. cumque in
 hac forma concessa, & introducta sit, potest Cal-
 culator testes adhibitos, si adsint, verbaliter inter-
 rogare, & si non adfuerint, nec per tempus licue-
 rit interrogare Procuratores Conciliorum, quibus
 ex Ord. 2. 13. commissæ erant dictæ mulctæ in pœ-
 nis illarum, aut in totum, aut pro dimidia parte
 condemnabit, quin obsteret quod ex d. 2. ad execu-
 tionem, & non persecutionem videantur obnoxij
 in verbis ibi, para as executar dentro de outro mez;
 quia hæc verba tam ad eas, quæ jam adjudicatae
 erant, quam ad illas quæ nondum referri debent;
 si quidem qui vult consequens, & antecedens vel-
 le videtur, L. 2. de juri s. omn. Iud. L legatis de adim.
 legat. Grat. cap. 924. num. 17. Surd. decis. 70. num. 5.

*Escobar de ratiocin. cap. 25. num. 11. Fusar de subst.
quest. 480. num. 2. & lex quæ executionem Procu-
ratoribus commendat, antecedentia ad executionē
necessaria commendare censetur.*

Aduertendum tamen est dictis Calculatoribus,¹²
quod supra dictæ audientiæ secundum consuetudi-
nem Oppidorum possunt fieri, aut quatuor, aut
duæ, aut una in unoquoque anno, dummodo sa-
larium de quo infra per ipsas diuidatur, & quod
eas facere debent in Oppidis Prouinciæ, & non in
propria domo, & Ciuitate, aut Oppido, vbi cōmo-
rantur, vt plures solent in damnum partium, &
Concilorum; & quia dictum negotium expleri
non potuisset, si in unoquoque Oppido fieret au-
dientia; desiceret enim tempus, & multa incom-
moda ipsi, & populi parui paterentur, ob oppres-
sionem Officialium, licebit eis in aliquo Oppido
majoris coloniæ stationem facere, vulgo assentada
& illuc vicinorum intra duas leucas, & tres ad sum-
mum mulctas adjudicare, & illis audientiam præ-
bere; ita enim semper necessitate suggerente con-
suetum fuit.

Aduertendum deinde, quod tam absolutiones,
quam condemnationes, & emendationes debent in
libris propria manu scribere, & subsignare, vt frau-
des quæ fieri possunt evitentur; & quod ubi con-
suetudo unam faciendi audientiam, pro quolibet
anno viget, non possunt Calculatores audientias in

medio anni, vel in quarta illus parte facere ad fraudandos successores in munere; & si eas de facto fecerint, salarium extorquere nequibunt, imo cederbit illi, qui integri anni audientiam fecerit, ne turbetur præscriptus ordo salariæ vincendi contra consuetudinem, quæ legis habent vigorem; sed Procuratores publicanorū tertiarum, per quod-dam diploma ipsis concessum, in quovis annitem-pore possunt audientias requirere, & ad eorum instantiam fieri.

DE SALARIO RATIONVM expensarum, & audientiarum.

§. 5.

Circa rationum salariū pauca hodie dubitatio est, quia quamuis secundū nostrā Ord. i. tit. 62. §. 72. posset dubitari an tantum de illo quod Concilio exigere, & restituere fecerint, salariū habeant, an vero de omni quod important reditus, & prouentus illius anni, concordant omnes, & ita vītatur; quod lex intelligi debet per aliam hoc eodem lib. tit. 50. §. 7. per quam de li-quido jubetur salariū Prouisoribus impartiri, quod verbum, omne, quod super calculatio sit, cō-prehendit, vt etiam supra cap. 5. &. 4. prænotaui-mus, cuius intelligentiæ virtute editum fuit diplo-ma Regiū, de quo supra cap. 2. sub 2. 19. per quod de-

declaratur quod sicut ex Capellis, ita ex rationibus Concilij, debent Calculatores de omni cumulo quod important duæ Conciliorum partes salarium habere; dummodo male expensum exigere, & restituere faciant, in quo dictum diploma legem secutum fuit, & ab ea discedi noluit, & merito, quia pro tali negotio, & labore exactionis dictum salarium concessum est magis, quam pro expungendis rationibus, in quibus leuissimus labor ad tam magnum emolummentum consideratur.

Vna tantum difficultas in hoc mihi se offert, 14
nempe quod cum quilibet Calculator in sua Provincia multa Concilia, & rationes habeat, & executiones tam ex se, ratione solemnitatum legis; quæ proclamata, & alia requirunt, quam ex partium industria magnas dilationes contineant, & Calculator in unoquoque Oppido, si executionū finem expectet, alijs Oppidis, & publicis officijs sui negotijs deficiet, videbatur talem dicti & 72. dispositionem nullomodo sustineri posse, quia impossibile legem voluisse non est credendum, quando dispositio ad actum possibilem semper dirigitur *ex his quæ Barb. axiomat. jur. lit. D. verb. dispositio num. 141.*

Quare in hac difficultate dicerem Calculatores 15
salarium suum finitis rationibus recipere posse, dato Concilij Procuratori executiue jussu, vulgo mādado, ad exigendas à debitорibus quantitates ab eo

glossatas, aut declaratas, debere ex quacumque parte Prouinciae, vbi resideat, calorem executionibus dare, usque ad earum complementum, & si eas cum effectu finalisare non fecerit, neque restitui Concilijs pecunias debitas, tunc restituat Concilijs salario male ablata, & qui eum syndicauerit super hac materia inquirat, & de bonis Calculatoris syndicati, & peragre se habentis, dictis Concilijs satisfactionem praestet.

16 Salarijs autem audientiarum super, major dubitatio est; nulla enim in hac re, res certa vñquam constituta fuit, neque per legem, neque etiam per consuetudinem determinata dicta salario inueniatur; & ita notitijs adhaerendo antiquis, & ijs quæ ex aliquibus Regijs rescriptis, & prouisionibus colligere potui, quas si inuenero ad calcem hujus operis transcribam, salario nunquam taxata fuisse credo, neque ipsa vñquam æqualiter taxari potuisse, cum mercedes sint, & secundum laborem assignari debeant, qui labor in tanta varietate, & multitudine populorum inæqualium circa facultates, prouentus, multasque ipsorum nunquam trutinari valebat.

Quare, ut à majoribus accepi, mulctarum audienciarum factæ fuerunt per Iudices à principio, postea per Calculatores, postea per Prouinciae Præsides, & denique iterum per Calculatores, cui varietati occasionem præbuit publicanorū, vulgo Contratadores

tratadores das Tergas, auiditas, & Ministeriorum desidia, nam dicti publicani si diligentes, & exacti in mulctarum condemnatione se non præbebant Iudices, ut Calculatores audientias facerent à Principe impetrabant, & si Calculatores non placebāt, iterum ut eas facerent Præsides exposcebat; cum que Iudices vnoquoque mense facerent audientias, & in Ciuitatibus, magnisque Oppidis pro vnaquaque salarym quingentorum nummorum receperissent, & in alijs secundum eorum possibilitatem, & majorem, aut minorem laborem quatuor centorum, tercentorum, ducentorum minusque reportassent, hocque aut ex aliquo diplomate, aut ex aliqua inueterata, & immemorabili consuetudine; deueniendo res ad Calculatores, vel Præsides, qui eas in quolibet mense facere non valebant, ob negotiorum, & Prouinciarum magnitudinem; alteri duas in anno tantum audientias peragebant in aliquibus populis; alteri in alijs vnam tantum, & pro omnibus ad vnam, vel duas redditis integrum vna vice salarym recipiebant. Vnde prouenit quod adhuc in aliquibus Ciuitatibus, & magnis oppidis soluuntur pro dicta audientia vni, vel duplii actu facta sex mille regiliū respectu quingentorum pro uno quoque mense, ut supra, in aliquibus quatuor mille, in aliquibus tres mille, in aliquibus duo, & in aliquibus minus secundū supra dictam magnitudinē, aut paruitatem.

Postea

17 Postea vero nostris temporibus dicti publicani quoddam diploma consequuti fuere, per quod respectu condemnatarum multarum, audientiarum salarium taxatum fuit, nempe quod minister audiētiā faciens tantum salarium ex ipsa reportasset, quantum importasset pars quarta multarum, quas condemnasset; sed quia dictum diploma non parum præjudicij, & non leuia inconuenientia continebat, vsu receptum non fuit, neque practicatum, & merito, si quidem ultra alia quæ omitto, illud tantum sufficiebat, nempe esse in potestate Iudicium, ad instar Castellæ, jus sibimet, & ipsis dicere, & condemnare, ingentesque pecunias in opulentis Oppidis posse extorquere; & in pauperibus, & limitatis, ubi lucrum non sperassent, audientias infectas relinquere, aut sero, male, aut nunquam, ut vulgo dicitur, eas facere; qua de causa, & alijs omissis à tali diplomate caueri opportet.

18 Ut ergo in hac re aliquod medium assumi possit attenta etiam varietate Calculatorum in reportandis salarijs, alij enim majus, alij minus extorquent, tutius puto majora salario ex illis, quæ in libris antecessoribus calculata inueniuntur, nunquam extorqueri debere, sed minora, aut saltē media, & tandem illa quæ melioris opinionis Calculatori recepercere, & ne vñquam in arbitrio ipsorum, & post eos venientium illud, aut illud salarium si bi eligere sit, vtque scrupulus, & populorum querimonia

rimoniæ cessarent, poterat visis antiquis, & proximis libris rationum per ipsos Calculatores, Praesides Prouinciae, & Iudices foraneos insimul Decurionibus, & Procuratoribus in Camera cujusque Prouinciae domina, ut caput, super dictis conferre salarijs, & minus, aut medium quod magis consuetum, & ad æquatum Oppidi sufficientiæ visum fuerit, solendum decernere; factoque generali omnium cathalogo jubere, ut in dicta Camera registretur, & inferioribus remittatur, quod vni uique determinatum, & taxatum fuit, qui catalogus generalis in libris registorum vniuersi que etiam Prouinciae registrabitur, ut secundum ipsum certum pro vnaquaque dictorum Oppidorum audientia reportent salaryum Calculatores, & non possint circa illud deinceps variare, neque timorati scrupulis torquei.

Aduertendum tamen est, quod licet Calculator 19
duas, aut amplius in anno audientias faciat, quod nunquam quidquam amplius exigere poterit, quam
salaryum pro vna debitum, vel pro duabus ubi
duæ fieri solent, vel plures, quando ad instantiam
publicanorum ex vi diplomatis, aut conditionis sui
contractus fuerit; & si in uno anno omnes facere
non valuerit, in sequenti eas licite facere poterit;
quia & si certum tempus ad multarum persecu-
tionem a lege Regia lib. 1. tit. 68. §. 13. præfini-
tum sit, & spatio duorum mensium præscribantur

ex ipsa lege, & sic cum extra dictum tempus persequi non possint, eis consequenter audientia fieri non valeat; attamen cum tertiaz Regij patrimonij priuilegium habeant, Princepsque restitutione gaudeat, magisque dignum trahat ad se minus dignum L. justissime ff. de ædil. edict. §. si in alia. et §. literæ. Iust. de rerum diuis. præsertim in connexis, & non separatis, vt per Tusc. conclus. 455. num. 44. indiuiduæque sint tertiaz Conciliorum cum tertia refectioni murorum destinata, necessario ut patrimonium Regium detrimentum non patiatur, quoquo tempore fieri debent audientiæ omniū multarum, ex quibus tertia murorum deducenda est, præsertim quando nullum datur inconueniens, si quidem per libros vniuersi jusque anni fiunt, quibus audientijs sine ratione exigi nequeunt, de quo jam sup. §. 3. egimus, & quomodo syndicantes dum sint in Residentijs, & exercent Calculatoris munus se habere debent, inuenies infra ad calcem hujus tractatus post Regimen Residentiarum.

Et postremo, nota quod in expungendis Conciliorum ratiocinijs, non debet, nec potest Calculator alteras expensas admittere, nisi eas quas lex jubet, aut ab antiquo admitti consuevere ex usu, & consuetudine communiter approbata, aut illas quæ per Principis diplomata fieri jussæ fuerunt, in hoc enim fere omnes peccant, & magnum præjudicium populis inferunt, qui postea ad necessitates

Con-

Conciliorum collectantur, & male expensum, non per Procuratores illorum tantum, sed etiam per Decuriones æqua lance solui facere debet, antequā ab Oppido recedat, aut saltem executionem illarū incipere, ne funiculus semper per debiliorem partem frangatur.

C A P V T O C T A V V M.

D E C O L L E C T I S , S E V
Indictionibus, vulgo Fintas.

S V M M A R I V M.

- 1 Collectarum, seu inductionum materiam agit Pereir. demanu Regia ad quē nos remittimus.
- 2 Forenses qui in territorio Ecclesie bona habent, ad fabricam tenentur.
- 3 Laici non tenentur ad fabricæ sumptus, simbolorum &c.
- 4 Equites Dini Ioannis quamvis Parochiani non tenentur.
- 5 Sæcularis potestas Clericos ad fabricæ contributionem compellere nequit.
- 7 Executores Provinciarum potest Calculator cogere ut paribus quod sibi debetur soluant.
- 6 Et vacantium Ecclesiarum certiorem facere Capellani majorem, & de ipsis possessionem apprehendere.

*AD FABRICAM SOLVENDAM
qui teneatur, vel non.*

s. I.

I **H**anc materiam calamo quo solet pertractat insignis Gab. pereir. de man. Reg. part. i cap. 18. per totum, ubi concordiam inter Ecclesiasticam, & sacerdotalem potestatem factam tempore Domini Sebastiani Regis transcribit, apud quem omnia, quæ occurrerint, poteris videre, materias namque ex professo tractatas, & resoluta dubia repetere, non solum importunum, sed damnabile mihi semper visum fuit.

2 Aduerte tamen, licet illos qui bona in territorio Ecclesiæ habent, quamuis Parochiani non sint; ad fabricam dictæ Ecclesiæ collectari debere, sicut in simili forenses ad refectionem murorum collectantur, ut supra diximus sub cap. 6. l. 1. num. 3. tenent, & disputant Cabed. 1. part. decis. 94. & Phæb. 1. part. decis. 34. citati à Barb. in præsenti num. 3. & d. Phæb. part. 2. arest. 67.

3 Secundo, ad luerti debet, quod laici non tenentur ad fabricæ sumptus, nec ad cimbalorum turrim Parochialis Ecclesiæ reficiendam, ut judicatum refert idem Phæb. 2. part. arest. 68.

4 Tertio, quod Equites Diui Ioannis, vulgo os Caualeiros de Matlha, non tenentur contribuere ad

ad fabricam Ecclesiarum in quibus parochiani sunt, ut judicatum per conformes sententias, dicit Themud. part. 1. decis. 42. à princip.

Quarto, aduertendum quod quamvis Clerici ad refectionem Ecclesiæ teneantur, ex Concil. Trid. & his quæ Themud. part. 1. decis. 42. num. 19. potestas tamen sæcularis eos ad dictam refectionem, & cōtributionem compellere non potest, dicit Themud. part. 2. decis. 178. ubi judicatum refert Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 48. à num. 15. Bobadilh. par. 1. lib. 2. cap. 18. num. 135.

Et aduertendum quod Prouisori, & Calculatori competit, si aliquæ in sua Prouincia vacauerint Ecclesiæ juris patronatus Regij certiorem de dicta vacatione Capellanum majorem facere, & illarum etiam nomine Regis possessionem apprehendere, si Prouinciæ Præses eam non apprehendat, casu quo possit eis super aliquod litigium oriri.

Eis etiam competit Executores Prouinciarum cogere, ut partibus quod sibi debetur ex ciuilibus partibus, vel ex Regijs censibus soluant, ad quam exactiōnem extat in dictis Prouincijs quoddam diploma id dicto Prouisori, aut Prouinciæ Præsidi indulgens.

CAPVT NONVM.

DE GABELLARVM
Receptoribus.

S V M M A R I V M.

- 1 **R**eceptores gabellarum in Camera per Decuriones eliguntur.
Ibid. Ad Calculatores supplicant hi Receptores.
- 2 Exactoris Gabellarum munus personale, & sordidum.
- 3 Procuratoris Concilij munus nobile.
- 4 Differentia inter Procuratorem simpliciter, & Procuratorem, insimulque Receptorem Concilij.
- 5 Quatuor ad munus hoc eliguntur.
Ibid. Officiales Camerae qui illos eligunt si in solutione Gabellarum deficiant, ad ipsas tenentur.
- 6 Excusat à Receptoris munere nobilitas propria, aut auita.
Ibid. Nobilitas posteris data ex jure Ciiali, non transit ad descendentes ex fæminis, de jure Regio maxime.
- 7 Liberorum appellatione veniunt nepotes.
- 8 Nepos Decurionis, & Iudicis Ordinarij, gaudet aui priuilegio, intelligitur Cabed. part. 1. arest. 53.
- Ibid. Excusat sur ab hoc munere pater qui filium nobilem habet.

Ætas

- 9 Ætas quinquaginta, & quinque annorum, excusat.
- 10 Infirmitas, & imbecillitas.
- 11 Numerus quinque filiorum inter quos numerantur bello mortui, & nepotes ex filio mortuo.
- 12 Minoritas viginti & quinque annorum.
- 13 Nuptia intra primum illorum annum.
- 14 Paupertas etiam, reliqua de materia remissive.
- 15 Decurionatus inter nobilia connumerantur.
- 16 Ædilitium munus primus honoris gradus.
- 17 De majoribus ad minora non descenditur.
- 18 Duplicacione nemo grauandus.
- 19 Triennijs vacatio datur de munere ad munus:
- 20 Priuilegium ob aliquam causam concessum, cessat cef-
sante causa.
- 21 Priuilegia sunt stricti juris, & nunquam debent latif-
sime interpretari, nec extendi, & semper interpre-
tantur, ut minus noceant.
- 22 Gabellarum causæ inter partes pertinent Iudicibus fo-
rensis, & Ordinarijs; si super ipsarum reparti-
tione ad Regij patrimonij concilium, & qui agunt
materiam remissive.
- 23 Calculator non debet exercere officium Executoris.
- 24 Nec etiam fidei-jussiones executorum acceptare.
Ibid. Rex non potest tertio præjudicare..

*DE ELECTIONE RECEPTORVM
gabellarum, & grauamine ab ea.*

§. I.

1. **H**i gabellarum Exactores, seu Receptores, in Camera à Decurionibus, & Procuratori- bus illius eliguntur secundum formam in *Ord. lib. 1. tit. 66. §. 49.* datam, & à tali electione si grauati sentiantur per dictam legem, eis grauaminis interpositio ad Calculatores conceditur, qui dicta grauamina expedire debent in forma nostræ *Ord. in 2. 78. hoc lib. 1. tit. 62.* & quia variæ sunt excusationum causæ quas dicti Exactores allegant, & grauamina per deliberationes deciduntur, Calcū- culatorque per Prouinciam vagando secum portare non potest libros ad deliberandum necessarios, nec eos inuenire saltem in pagis, exiguisque oppidis, aliquas excusationum causas hoc loci adnotare mihi necessarium visum fuit, & ut ad eas proce- damus.
2. Prænotandum est hoc munus personale esse, & inter sordida de quibus *L. sordidorum C. de excusat. muner. lib. 10.* cum similibus connumeratum, ideoque ad illud exercendum tantum plebeos eligi posse dicendum est. Contra quam resolutionem ob- stare videtur, quod munus Procuratoris Concilij nobile reputatur, per *Ord. lib. 1. tit. 62. q. 10. & ta-*
men

men in plerisque Oppidis huic muneri injunctum inuenitur Receptoris munus, quod alteri nobili non injungeretur, si vile, & sordidum esset, ex quo videbatur dicendum, dictum munus pro sordido reputandum non fore dum exacti pecunia exerceat; personæ si quidem quæ per leges nobiles sunt, ut Procuratores Concilij, ad plebea, & sordida munera non eliguntur.

Verumtamen ultra quod inter dictum Exactoris, & Procuratoris munus aliqua datur differentia, si quidem Procurator prouentus Concilij recipit, & debita exigit Procuratoris officium exercendo in judicijs, Exactorque ad instar aparitoris ostiatim pecunias exigit, & recipit; responderi potest quod aliud a thuc datur discrimin inter Procuratorem, & Exactorem, nam Procurator Concilij per se nobile reputatur; at vero injunctum Receptoris munus plebeum est, unde in Ciuitatibus, notabilibusque, aut magnis Oppidis, non injungitur Procuratori Receptoris munus, imo ipsi Procuratori datur quidam Receptor, qui vulgo dicitur *Sacador* ad exigendos Concilij prouentus, & multis, isque nostro Exactori respondet, & plebeum, sordidumque officium est, sicque ubi talis Receptor Procuratori non datur, plebeum remanet Procuratoris munus.

Hoc supposito, ad dictum munus, seu onus subcundum, solent in Camera quatuor eligi aptæ

Ee per-

personæ in quibus gabellæ sînt securæ in forma
Ord. in 1. tit. 66. & 49. quæ in illo anno vnaquaq;
pro suo trimestri dictam gabellam exigant; & Ca-
meræ officialibus qui dictos Receptores eligunt in-
cumbit illorum aptitudo, & securitas, ipsis namq;
deficientibus, ad soluendas gabellas dicti officia-
les tenentur, ex supra citato Cab. 2. part. decis. 84.
num. 2. cum alijs Ord. supra d. & 49. At verò cum
hoc munus valde damnosum, & laboriosum sit,
assidue ad illud electi excusationes pretendunt, &
ab Officialibus Cameræ conqueruntur, & vt ex-
cusationum causæ Calculatoribus notæ sînt, illas,
quæ frequentius allegantur hic referre visum fuit,
& aliqua ad dicas excusationes conducentia.

6

Sitque illarū prima basis nobilitas, aut propria, aut
auita quomodo autē illa adquiratur, videre poteris
per Cabed. & ab ipso citatos p. 2. decis. 73. & quis
sit nobilis, aut plebeus per Giurb de statut. par. 1. c.
10. Gloß. 7. à num. 44. Propriam nobilitatem fa-
ciunt Principis concessio, priuilegia, seruitiaq; mul-
torum annorum ipsi facta, munera nobilia, & ali-
quando diuitiæ multæ, vt in hoc nostro tempore,
quæ omnia adducunt supra citati. Auita est quæ
primo loco descendit de patre ad filium. L. à Diuo
Pio ff. de quæst. Ord. in 5. tit. 139. & tit. 92. & 6. &
7. Phæb. 1. part. decis. 55. num. fin. Cab. 2. part. decis.
36. num. 14. hæcque de jure communi de matre ad
filios non descendebat, vt per L. 1 ff. de jur. immunit.

Gloß.

Gloss. in L. si ita s. verb. vocabulo ff. de legat. 2. de jure vero Regio materna etiam nobilitas consideratur, juxta Ord. in s. tit. 92. §. 4. Cab. d. decis. 73. à num. 1. Carualh. de testam. part. 1. num. 236.

Secundo loco descendit ab auo ad nepotes, appellatione enim filiorum veniunt nepotes L. liberorum L. justa interpretatione ff. de verb. signif. sicque Senatori filius non solum dicitur qui ex eo natus est, sed natus ex filio suo L. libertus ff. de Senatoribus, vnde prouenit quod nepos Decurionis, vel Iudicis gaudet priuilegio aucto, alij vero descendentes non, DD. in L. moris 8. q. parentes. ff. de pænis L. Dino Marco ii. C. quæst. Bart. in L. liberorum n. 4. ff. de verb. signif. Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 2. Cald. verb. sine curatore num. 88. Gam. decis. 312. n. 4. vers. in causa licet nobilitas per d. Cassan in Catalogo gloriae Mundi part. 18. conf. 24. possit in posteros in infinitum descendere.

Sed aduersus hanc resolutionem nepotes scilicet gaudere nobilitate, & priuilegio aui stat Cab. 1. part. ares. 53. fulcitur Ord. in s. tit. 139. in princip. per quod quam plurimi Professores nostri seducti, nepotibus Decurionum, & Iudicum, nobilitatem eorum denegat. Verumtamen nec dictum arestum nec Ordinatio nostræ resolutioni obstat videatur, si quidem lex illa pœnalis licet non sit dum a pœna vili excusat decurionum, & Iudicum filios, cum ejus ratio a crimine, & delicto deducatur, ne deli-

cta facilitarentur ad fauorem excusationis à dicta pæna, extensi noluit, nisi usque ad filios tanū Decurionum, & Iudicium, quæ ratio cum in nostro, & alijs casibus non militet, in illis practicari non debet, ratio enim legis ipsius anima est, & per eam limitatur, & extenditur, secundum Reinoz obs. 49. à num. 26. Cab. decis. 24. num. 2. part. 1. & lex quæ in uno casu specialis est, ad alios casus nunquam extendit; ut per d. Cab. decis. 100. num. 2. cumque dicta Ordinatio, & Cabedi arestum ex ea deductū specialia sint in excusatione pœnæ vilis, ad alios casus in quibus crimen, & delictum non versatur nullatenus applicare valent, neque de alijs excusationibus diuersis intelligi, quæ necessario remanere debent in dispositione juris Civilis per quam nobilitas in posteros, aut saltē in nepotes descendit, ut supra dictum est, ne illi qui nobilitatem auitam habent, priuilegio, & fauore ipsis competente pruentur, quando odia restringi, fauores conuenit ampliari, præsertim in nobilitatis materia quæ fauore digna est Phæb. part. 1. decis. 16. num. 13. & à decis. 48. num. 10. in fin.

Sit ergo prima excusationis ratio ab hoc sordido munere nobilitas auita sanguinis splendore deriuata, aut diuitiarum antiquo cumulo acquisita, aut ex honorificis ascendentium muneribus, aut denique ex alijs causis de quibus Cab. d. decis. 84. & decis. 36. & 73. dummodo quoad nobilitatem

ex muneribus parentum acquisitam, excusatio supra dicti locum habere valeat, tantum in illis quorum parentes munera in magnis Oppidis exercuerunt, vbi solum nobiles illa exercent, & non in Oppidis paruis vbi plebei ipsa exercere solent; & quoad aliam nobilitatem in genere, intelligenda sunt supra resoluta, dummodo dicta nobilitas continuata sit, & non interrupta aliquo mecanico officio, vel munere proprio, vel intermedio, juxta text. in L. nobiliores C. de Comerc. & major vbi notat Bald. tradit Guid. Pap. decis. 86. & 169 Gut. conf. 31. num. 11. Carualb. de testam. cap. Rainald. de testam. part. 1. num. 4; 8.

Secundò a muneribus sordidis excusat pater qui filium nobilem habet, nobilitas enim à filijs in parentes ascendit, ut multis juribus exornat Phæb. 2. part. decis. 155. & arest. 76.

Tertiò a muneribus personalibus excusat etas quinquaginta & quinque annorum, sed non ab honoribus L. 2. §. quem ita L. penult. ff. vacat. munera Cardoz. verb. etas num. 7. Cab. d. decis. 84. num. 43.

Quartò infirmitas, & imbecillitas d. L. 2. L. podagræ, & ibi Gloss. 1. & additio margin. C. qui morbo se excusar. lib. 10.

Quintò, quinque liberorum numerus L. 1. & fin & ibi DD. C. munerib. & honorib. Cardoz. verb. filius num. 68. inter quos bello mortui connumentur per Ord. lib. 4. tit. 104. à princip. quæ à jure Ee iij Ciuali

Civili deducta fuit Cabed. supra num. 36. & nepotes ex filio defuncto, qui in cuius potestate sunt, aliter verò mortui non attenduntur, ex Giurb. de stat. cap. 10. Gloss. 4. num. 11.

¹² Sexto, minoritas viginti quinque annorum à publicis ex usat muneribus L. ad Rempublicam ff. de munerib. Card. sup. d. num. 7.

¹³ Septimò, excusantur nubentes intra primum nuptiarum annum Barb. ad Ord. lib. 4. tit. 102. §. 1. num. 3. allegans sacram paginam, & Guillel. Benedict. in cap. Rainutius de testam.

¹⁴ Octauó, excusationem etiam à muneribus ciuibus præstat paupertas, quæ ab oneribus publicis est immunis Gloss. fin vbi additio margin in L. si quis 24. ff. qui & a quibus Cabed. d. decis. 84. num. 38. & alias multas excusationum causas potes videre per d. Cab. citatis decisionibus supra, & per Balth. Thomaz. qui integrum & vastum de varijs excusationibus edidit tractatum in hoc meo multoties allegatum.

¹⁵ Notandum primò, quod Decurionatus munus inter nobilia, connumerantur. Cab. 2. part. arest. 7. Farinac. in prax. crimin. part. 1. quæst. 41. num. 57.

¹⁶ Secundò, quod Ædilium munus primus gradus honoris dicitur ex lege duodecim tabularum, & secum dignitatem portat Gloss. ædilitum in L. 1. ff. de ædilit. edict. & inter nobilia connumeratur. Ord. lib. 1. tit. 67. 2. 14. Carual h. de testam. par. 1. num. 441.

Tertio

Tertio, quod de majoribus ad minora in munerum materia non descenditur L. majoribus C. quomodo Civil. muner. Cab. d. decis. 84. num. 29. & arest. 102. & decis. 31.

Quarto, quod duplii onere, nemo grauari debet L. penult. & ibi Gloss. fin. ff. de dote præleg. Petr. Vuald. de duob. fratrib. tit. de collectis conf. 2. num. 2.

& 7.

Quinto, quod de munere ad munus datur triennij vacatio, & ante transactum dictum triennium non potest quis altero munere prouideri, neque grauari L. 1. & ibi Gloss. C. de muneribus.

Sexto, quod priuilegium ob aliquam causam concessum per quod quis immunitate munerum, & onerum ciuilium gaudet, cessante causa debet cessare dictum priuilegium L. jura §. deficientium ff. de munerib. Card. verbo priuilegium num. 50. & quod illud amittit qui illo abutitur idem Card. num. 57. Cald. for. conf. 20.

Septimo, notandum quod priuilegia aliquibus Ecclesijs, communitatibus, operibusque pijs concessa, ut eis gaudent eleemosinarum Exactores, quoad illos præcile necessarios tantum seruanta sunt, quia cum priuilegia sint stricti juris, nunquam debent latissime interpretari Egid. in L. ex hoc jure 1. part. cap. II. num. 79. Valasc. conf 136. num. 9. neque de uno ad alium casum extendi, & semper interpretanda sunt ut minus noceant L. 2. & merito ff.

ff. ne quid in loco publ. cap. super eo ubi Abb. num. 2.
de officiis deleg. Alex. conf. 3. num. 7. lib. 2. Phæb. part.
1. decis 70. num. 5. Itaque priuilegia Exactorum,
vulgo dos Mamposteires, sanctissimæ Trinitatis, Diui
Antonij, & sic similium, illis tantum qui in ma-
gnis Oppidis, & Ecclesijs Parochialibus, aut ma-
gni, & frequentis gentium concursus Eremitis ser-
uanda sunt, & munerum ciuilium excusationem
parare debent, cætera vero ut fraudulenta, & con-
tra mentem Principis concedentis extensa semper
spernanda.

22 Notandum octauo, quod gabellarum causæ,
quæ hic non veniunt tractandæ, cognitio ad lu-
dices foraneos, & ordinarios pertinet, dum inter
partes versantur, & appellatio datur ad virumque
Senatum Supplicationis, & Portuensem, secundū
vniuersusque territorium; si vero super gabellarū
repartitione, vulgo *lancamento das fizes*, vel simili
lite vertatur appellatio, cognitio pertinet ad Re-
gij patrimonij Concilium ex Regimine, & ratione
Ord. in 1. tit. 10. q. 6. & hisce rebus super Calculato-
ribus nulla tangit cognitio, & si de materia ga-
bellarum desideraueris, vide per Lasart. decim. ven-
dit. Larrea in eodem indice Souza decisio. Valasc. consult.
& in indice cæterorum Regnicolarum & de reliquo
ad Prouisoris, & Calculatoris munus recte exercen-
dum necessario, vide per Regimen Residentiarum
Prouisorū quoad calcem hujus tractatus inuenies,
& per Regias Ord.

Notandum ronó, quod si vacauerit officium Executoris Regij patrimonij in Prouincia, vel Executor aliquo ex eventu impeditus fuerit, quod Calculatori incumbit de Regijs prouentibus, & facultatibus agere, Cameræ Ciuitatis, aut Oppidi, quod est caput Prouinciarum, officiales cogendo, ut quemdā majorem Receptorem eligant, qui à minoribus Receptoribus recipiat Regias pecunias, & ex ipsis tenutas, census, & reliqua, quæ ex Regio patrimonio partibus debentur, soluat, & qui postea de recepto, & expenso in calculationum Tribunalis rationem reddat, & Executoris salarium, & emolumenta lucretur; hoc enim est quod tantū Calculatoribus tangit post Regiarum pecuniarum exactiōnem factam, ad quam ipsi omnem expeditionem per jussa sua p̄stare tenentur, & non officium Executoris in omnibus, & per omnia exercere, ut aliqui Ministri Regij inciuliter voluerunt, & aliqui etiam imperiti, & ambitiosi Calculatores fecere, non aduertendo quod de majoribus ad minora non descenditur contra *text. in L. majoribus C.* quam ciuil. muner. & quod per dictam occupationem vacatur ab obligationibus muneris principalis Prouisoris, & Calculatoris, & nec vni, nec alteri potest perfecte satisfieri, & denique quod indecorum est, quod quidam Praetor fidei commissarius, & Calculator qui olim in Prouincijs officium antigrapharij, vulgo *Veador da fazenda*, gerebant, sicut

Ff qui-

quilibet particularis homo ad pecunias recipiendas,
 & rationes reddendas cogatur; quo attento, &
 considerato cum Augustino Botelho & Costa con-
 sanguineo meo, dum Prouisor, & Calculator esset
 Prouinciae Transmontanæ, vulgo da torre de Men-
 cérno, jussum fuisset quod officium Executoris exer-
 cuisset ob defectum illius, & ipse Receptorem ma-
 jorem creari fecisset, & illum ad rationes redden-
 das cogere voluisset, Regij patrimonij Conciliū eo
 fortiter renuēte, re melius examinata, & perpēsa, de-
 cretū fuit quod ad dictas rationes reddēdas non erat
 obligatus, & ita molestiā, & injustā coactionē euasit.

24 Notandum decimō, quod acceptatio fidei jus-
